Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0001-3

U.q. 17, 12

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0002-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0003-4

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle (Saale)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0004-0

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle (Saale)

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

*DE*

# ADÆRATIONE SERVITIORVM EQVESTRIVM,

Von
dem Roßdienſtgelde / oder Anſchlag
der Ritter-Pferde /

QVAM

*SVB AVSPICIIS*

DEI TER OPTIMI MAXIMI,

EX DECRETO

*MAGNIFICI*

FACVLTATIS JVRIDICÆ
ORDINIS,

***PRO LICENTIA***

SVMMOS IN VTROQVE JVRE
HONORES ET DOCTORALIA
PRIVILEGIA
LEGITIME CONSEQVENDI,

*SOLENNI ERVDITORVM DISQVISITIONI*

*SVBMITTIT*

JOHANN. DAVID LVEDECKE, H. S.

*ALTDORFI NORIC. D. APRIL. ANNO* MDCCVIII.

Literis MAGNI DANIELIS MEYERI.

26

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0007-7

SUMME REVERENDIS,
PERILLUSTRIBUS,
EXCELLENTISSIMIS,
NOBILISSIMIS,
CONSULTISSIMIS
Atque
PRUDENTISSIMIS,
DUCATUS MAGDEBURGENSIS
*STATIBUS PROVINCIALIBUS UNIVERSIS*

# DOMINIS AC PATRONIS GRATIOSIS,

Æterna Pietate atque obſequio
Suſcipiendis.

PRima per actorum Vobis
ego dona laborum
Sacrabam, obſequii pi-
gnora certa mei.
Eſte, precor, faciles, blandoq; aſ-
ſumite Vultu
Digna parum veſtris munera
nominibus
Nam Tantis, (ſpero,) Titulis or-
nata placebunt,
Quæ poſſent nulli dote placere
ſua.

JOHANNES DAVID LUEDECKE.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0010-3

## *Q. D. B. V.*

# PROOEMIVM.

### §. *I.*

PEcuniam utiliſſimam in vitâ communi & omni commerciorum negotiorumque figurâ materiam eſſe. vid. *L. 1. ff. de contr. Empt. Vend.* adeò ut egentem iſthâc neceſſariis quaſi carere oporteat, neminem fugere arbitror: Rectè nimirum Franciſc. Senenſ. *L. 2. de Reg. Inſtit. ab init.* inquit: Pecuniæ utilitas

*Vita hominum eſt Pelagus, Regina pecunia mundi,*
*Navigat infelix, qui caret hujus ope.*

### §. *II.*

Quamobrem non adeò mirum eſſe opinor, affectari tantoperè pecuniam, aurique, quibus quippe omnes venduntur honores, ſecundum Poëtam, curam ſæpenumero cum corporis & animæ periculo eſſe mortalibus unam. Non abs re profectò alius Poëtarum cives ſuos hoc nomine traducit canens: et abuſus.

*O Cives, Cives, quærenda pecunia primum eſt:*
*Virtus poſt nummos:* Horat. 1. Epiſt. verſ. 53.

## §. III.

Laus Lycurgi.

Ob quem tam immenſum nummorum abuſum non immeritò laudatur Lycurgus, *qui pecuniam è ſua Republ. quondam, tanquam materiam omnis ſceleris*, referente Juſtino *lib. 3. c. 2. n. 11. & 12.* abrogari juſſerit: Ipſa Hiſtorici verba ſunt hæc: *Emi ſingula non pecunia, ſed compenſatione mercium jubens, auri argentique uſum, velut omnium ſcelerum materiam ſuſtulit.*

## §. IV.

Utilitas ſeſe etiam in noſtro Argumento exſerit

Sed verò linquamus avaritiæ & ſordium machinatoribus inverſi hujus uſus malum, contemplaturi è contrario parumper compendia, quæ juſto candidoque pecuniæ uſui innata ſunt, ut non immeritò pro beneficio ſummi Creatoris reputari mereatur, uti vel ex noſtræ Diſſertationis ſerie & ſcopo patefiet. Enimverò ſæpiùs illi, qui operis, miniſteriis, ſervitiis, famulitiis, officiis, ſimilibusque id genus præſtationum moleſtiis, aliis obnoxii inveniuntur, nummorum & pretii ſubſtitutione ſe, ſua, corpus, tempus, libertatem, & valetudinem redimere, imo ſumma haud raro pericula evadere valent.

## §. V.

circa adærationem ſervitiorum Equeſtrium.

Hos inter inſignes effectus & *Adærationem Servitiorum Equeſtrium* referri poſſe, extra dubium ſtatuo. Materiam idcircò hancce, quamvis ob quotidianum uſum ſeipſam ſatis commendet, à nemine tamen, quantum mihi equidem conſtat, exercitio aliquo Academico collectam Domini D. Ockelii, JCti Celeberrimi, Avunculi mei Parenti paria facientis ætatem Venerandi juſſu & ſuaſu Inauguralis Speciminis loco pertractare, eamque DEI Altiſſimi fretus auxilio, pro ingenii mei facultate exiguâ, à Scriptoribus hinc & inde ſparſam in ordinem, more diſputatorio, componere decrevi.

Occaſio ſcripti.

Siſto itaque SS. Numinis auſpicio.

# CAPVT I.
## VOCVM RVBRICÆ EXAMEN EXHIBENS.

### §. I.

Convenientis ordinis rationem poſcere omnibus eſt in confeſſo, ut terminorum prius origo perveſtigetur, quam res ipſa determinetur Mant. *in Tr. de Conject. ult. Volunt. l 1. lit. 1. n. 1.* Imo ipſe Philoſophus *lib. I. Analyt. poſterior. c. 1.* monet, neminem res bene intellecturum, niſi prius verba cognoverit, adſtipulante JCto noſtro Ulpiano, qui, Juri operam daturum, noſſe, ſcribit, oportere prius, unde nomen juris deſcendat. Horum igitur veſtigiis inſiſtere, non duxi ab inſtituto meo alienum. Vocum Etymol. prima cura.

### §. II.

Eſt autem **adærationis** nomen ab *ære* deductum, quod origine Hebræum eſt: *Erez.:* quia in terra latet, unde Poëta: *Effodiuntur opes irritamenta malorum:* Ovid. *1. Metamorph. verſ. 40.* Verbum habet **adærare**, quod eſt *ære æſtimare, pretio taxare, pecunia compenſare*, vel ut Impp. exponunt, *pecunias pro ſpeciebus annonariis inferre in l. ult. C. Theod. Trib. in ipſ. ſpecieb. inferr.* ac juxta Taurell. *de milit. ex caſu, ſpecies ac annonas militares ad pretium redigere*, **zu Gelde anſchlagen / den Werth in Baarſchafft bezahlen.** vid. *l. 12. & 13. C. de Erogat. milit. Annon. lib. 12.* Ex quibus patet, quod annonæ aliquando fuerint adæratæ; non enim in natura ſemper, ſed loco ſpecierum pretium militibus porrigebatur, ſeu numerabatur. *l. 10. 14. 22. C. Theodoſ. de Erogat. l. 10. l. 19. de Cohort.* Et fiebat per certas provincias, puta, per Palæſtinas *l. 30. C. de Erogat.* per Orientem & Ægyptum, *l. 31. eod. d. l.* atque hoc ſenſu dicuntur **annonæ adærari** *l. 28. eod.* **Annonæ adæratæ.** *l. 31.* **Ærariæ** it. *l. 36.* i. e. *certo pretio taxatæ.* Taxabatur autem

Adæratio unde.

Annonæ adæratæ.


tem

tem pretium prout in foro venales habebantur, *d. l. 12. C. Juſtin. de Erogat. milit. Ann.* vid. Jacob. Gothofr. Polyhiſtor & JCtus ſummus *in Comment. ad Cod. Theodoſ. lib. 7. Paratitlar. p. 261.* Plura de hac nomenclatura deſiderans evolvat Briſſon. Calvin. Steph. Daoyz. *Ind. Jurid.* aliosque *h. v.*

### §. III.

Apochatio. Alibi vocatur *Apochatio*, ut in *L. 1. C. Theod. Tribut. in ipſ. ſpec. inf.* ibi Imperatores: *Scias inhibitam eſſe apochandi (i. e. adærandi) licentiam, ita ut nec ex præſenti aut futuro vel præterito ſub hoc titulo nummus à Provincialibus poſtuletur.* Et *in l. 2. eod. Apochandi præſumtione damnata.* Datæ ſunt iſtæ duæ leges ad Symmachum Præf. Urb. *Apochare* itaque idem eſt, ac mutare, vel pecuniam pro ſpeciebus ſolvere. Proprium moris iſtius vocabulum invidiæ ſcilicet levandæ cauſa adinventum, nimirum à re ordinariâ & legitimâ, id eſt, ab Apochis ſeu ſecuritatibus, quas illata ſpecie & tributo ſuſceptores collatoribus dabant, quo pertinet *l. ult. d. t.* Jacob. Gothofr. *ad d. t. l. 1. & 3.* vid. Carol. du Freſne *v. Apochatio.* Et eo pertinet etiam diligens illa Apocharum conficiendarum ratio, quæ præſcribitur. *l. 19. de Ann. & Trib. C. Th.*

### §. IV.

De vocibus Servitiorum Equeſtrium. Reſiduæ dictiones in Rubrica apparentes ſunt **Servitiorum *Equeſtrium***, quarum illa planæ notæque eſt originis, à ſervire nempe derivata: ſignificat famulitium, operam, miniſterium, officium, **einen Dienſt/ eine Frohne/** legitur & ſervimen, ſed rarò, vid. Daum. *in Palpon. p. 48.* Hoc loco ſumitur ſpecialius pro opera miniſteriali, quam Vaſallus præſtat Domino feudi, qualia ſervitia, quia utplurimum ad bella poſcebantur, ***Equeſtria*** dici conſueverunt, **Ritterdienſt/** ab equite **einen Reuter/ oder Reiſiger:** verbum eſt equitare. *Equum equitare*, hinc ***ordo equeſtris, prælium equeſtre.*** Olim quoque ſervitia ad

Servitia ad militiam. militiam petita fuiſſe ex Symmacho conſtat, qui *Epiſt. 64.* ſcribit: *Mihi ob alia quoque ægre eſt turbas patriæ cogitanti, quas præci-*

*præcipuè movent in uſum militarem petita ſervitia:* quamvis in horum delectu ſumma cautio adhiberi ſolita fuerit ex præſcripto Imperatorum. *l. 8. C. Th. de Tyron.* ubi definit Theodoſius M. è quo genere hominum Tyrones à Provincialibus conferendi ſint: De quo integrum caput extat Vegetii *l. 1. c. 7.* cui titulus eſt, *cujus ætatis tyrones vel eligendi vel reſpuendi.* Reſpuuntur autem iſta lege *Servi, Cauponarii, Tabernarii, Coci, Piſtores,* itemque illi, quos obſequii deformitas à militia ſecernit, ut & tracta de Ergaſteriis nomina; Alioquin qui ignobilem hujusmodi tyronem obtulerit, tres tyrones pœnæ nomine præſtare cogebatur, quæ triplicati tyronis præſtandi pœna Novella quoque Valentiniani inter Theodoſianas *41. de Tyron. & occult. deſert. l. 1.* ſtatuta reperitur.

ubi delectu opus,

rat. ætatis & conditionis.

# CAP. II.

## DEFINITIONEM ET DIVISIONEM EXHIBENS, SUBJECTA CAUSA IPSORUMQUE SERVITIORUM NATURA.

### §. I.

UT à Definitione fundamentum ſtruam, quam Anchorarum firmiſſimam nominare non dubitavit aliger ille Scaliger *Exerc. 301. Sect. 1.* hanc commentationi meæ placuit præſtituere. Definiri nimirum poteſt *adæratio Servitiorum Equeſtrium, quod ſit præſtatio vel exſolutio certæ ſummæ pecuniæ, qua ſervitia à Vaſallo Domino intuitu feudi ſeu beneficii accepti exhibenda ſive præſtanda æſtimantur, compenſantur atq; taxantur. Vel: eſt pretii proportionati in locum perſonalis miniſterii ſubſtitutio.*

Definitio.

### §. II.

Diſpeſcimus illam à cauſa efficiente in *legalem* & *conventionalem.* Illa locum habet, quando lex, ſtatutum, vel etiam conſuetudo & obſervantia pretii illationem ſervitiorum præſtando-

Diviſio à cauſa efficiente in Legalem

ſtandorum vice Vaſallo injungit ſive imperat. Iſern. *in* §. *ſimiliter de Capitaneo, qui curiam vendit* 2. *Feud.* 51. *n.* 14. ubi refert, in Regno Siciliæ *curiam cogere feudatarios ſolvere pecuniam pro ſervitiis* Jacob. de Belviſan. §. *præterea. tit. quid ſit Inveſtit.* 2. *Feud.* 2. Hæc autem fit mediante pacto, conventione aut contractu, ſi quando Dominus & Vaſallus inter ſe paciſcuntur de ſervitiis conſuetis pecuniâ redimendis. Kohl. *p.* 6. *n.* 56. Borrin. *tr. de Cavalc. p.* 4. §. 3. Excell. Dn. D. Hildebrand, p.t. Decanus Facultatis ſuæ Spectatiſſimus *Diſp. de Deneg. Serv. cap.* 2. §. 14. quæ propterea ***voluntaria*** appellitari ſolet, illaque prior ***neceſſaria***, idque poteſt fieri vel ab initio in ipſa Inveſtitura tenore pacti literis inſerto, vel ex poſtfacto, quando ſervitia actu præſtanda veniunt: de utrâque agetur prolixius ſuo loco. Porro dividitur à fine, quod adæratio fiat vel Domini, vel Vaſalli gratia, vel etiam aliquando utriusque.

*& conventionalem.* — *Subdiviſio.* — *alia à Fine.*

## §. III.

*In Feudis ſervitia, non pecunia regulariter præſtanda.*

Tametſi enim in feudis regulariter obſequii ſervitia in natura præſtari debeant, ita ut minus legitima videri poſſit exactio pecuniæ pro illis, cum durius ſit ſolvere pecuniam, quam perſonale ſervitium ſeu miniſterium, quod quippe ſemper in promptu eſt, data valetudine, pecuniæ autem comparatio, ut plurimum ſit difficilior. *l. hæ operæ.* 23. *in fin. ff. de oper libert.* expreſſeque id reprobet Iſern. *d.* §. *ſimiliter. n.* 32. Nihilominus tamen ſæpius favor publicus, utilitas, neceſſitas, aliæque circumſtantiæ partim ipſius rei & negotii incidentis, partim perſonarum & ſimiles rationes, quas certa regula definire varietas non ſinit, extraordinarium hoc remedium poſcere videntur. Dd. & Feudiſtæ in §. *Si quis deceſſerit. tit. Si de feud. def. content. ſit.* 2. *Feud.* 26.

*Exceptio.*

## §. IV.

*Servitia.*

Ut autem hæc deſcriptio paulò clarius diſtinctiusve intelligatur, operæ pretium erit de ipſis ſervitiis eorumque varia natura, ſorte & conditione pleniorem expoſitionem in me-

dium

dium afferre. Præter fidelitatis, obſervantiæ, honoris & obſequii exhibitionem, quæ in genere Vaſallis incumbit Dominis ſuis præſtanda, daß er dem Herrn ſoll getreu / hold und gewärtig ſeyn / prout illud in juramento in der Lehns-Pflicht oder Lehns-Eyd requiritur, vi cujus fideles à Fide dicuntur. *1. Feud. 10.* quo etiam nonnulli ipſam vocem feudi applicant, exponentes eam à literis initialibus, quaſi dicat Vaſallus, *F*idelis *E*ro *U*nice *D*omino *V*ero *M*eo. Præter fidelitatem iſthanc, dico, ſpecialius etiam ad ſervitia eſt obſtrictus, quæ à natura rei vocitantur feudalia, Lehn-Dienſt / Ritter-Dienſt / ad diſcrimen aliarum operarum ab aliis ſubjectis vel devotis præſtari ſolitarum, ut ſunt manuariæ, vel manoperæ, & curroperæ &c. vid. Strauch. *de Imp. mar. cap. 6. §. 2.* Ludovicus von Hornick *de Poſt. c. 9. n. 4.* Frohn-Dienſte / Hand-Dienſte / Anſpänner-Dienſte / Scharwercker ꝛc. quæ vox uſitata eſt paſſim in ſuperiori Palatinatu, Ducatu Neoburgico, Bavaria, & Epiſcopatu Freiſingenſi, ſignificans idem atque cum ſervitute quaſi quadam operari, deducta à verbo: Schaar / und Wircken / oder Wercken / weiln die Bauren dem Herrn Schaar-weiſe in grandi numero würcken müſſen; It. wo Waſſer ſeyn / Schiff und Kahn-dienſte; oder Fähren.

Vaſallis incumbunt ob fidelitatem.

Unde Fideles,

quod innuunt feudi literæ initiales.

Differentia ab aliis operis.

Scharwercker unde

## §. V.

Sunt definitore Kohlio *tr. not. de Servitiis Feud. in proœm. nihil aliud quam operæ, quas Vaſallus propter feudum ſibi conceſſum Domino ad utilitatem ipſius fideliter præſtare tenetur.* Generis loco poſuit *operam*, quia ſub ejus ambitu ſervitium feudale tanquam ſpecies continetur Tiber. Decian. *Conſ. 23. n. 91. Vol. 1.* Quatenus hæc vox in jure civili occurrit, denotat præſtationem miniſterialem ad alterius commodum atque emolumentum. *l. 1. junct. 6. & l. ſeq. verſ. nam hujus. l. 22. pr. verſ. aliud enim. l. 26. ff. de Oper. Libert.* neque eſt in rerum natura, niſi quando fit actu & exercetur. *l. 1. ff. de Oper. ſerv.* hinc inter transeuntia, tranſitoria ſeu evaneſcentia numeratur,

Quid ſint:

Opera quid.

tur, & in nudo ſive ſimplici facto conſiſtere intelligitur. Conf. Vinn. *1. ſelect. quæſt. cap. 46.* Frantzk. *in Comment. ad ff. tit. de præſcript. verb. n. 47.* Hæ duplicis ſpeciei reperiuntur, nempe vel in officio conſiſtentes, vel in artificio. *l. 65. §. 1. ff. de legat. 3. l. 9. ff. de Operis libert. l. 26. §. 12. ff. de Condict. Indeb.* eaque ratione ſcinduntur in *artificiales & officiales d. l. 9. de Oper. libert. & d. l. 26. §. 12. de Condict. Indeb.* ſub quibus & continentur *obſequiales d. §. 12.* ibique Gloſſa *verb. officium.* Coler. *de Proceſs. execut. c. 9. n. 6.* Kohl. *d. Tr. Proœm. n. 3.*

& quotuplex.

## §. VI.

Circa feuda dividuntur

Sed ut ad feudalia noſtra revertamur, quæ ad officialium genus referri apta ſunt, conſtat horum fieri ſolere diviſionem in determinata & indeterminata. Struv. *S. J. F. c. 11. Aph. 5. n. 6.* Determinatorum ſubſtantia, ut plurimum ex verbis & tenore Inveſtituræ eſt cognoſcenda; cum nimirum expreſſus in illis extat modus præſtationis, ultra quem Vaſallus non eſt onerandus, puta, ut Vaſallus uno, duobus vel tribus equis Domino præſto ſit, & ſerviat, **daß er die Lehn mit einem / zweyen / oder dreyen Pferden bediene oder verdiene /** Jacob. de S. Georg. *tr. de feud. verbo: Et promiſerunt. n. 28.* Heig. *l. 1. qu. 18. n. 12. ſeqq.* Bocer. *tr. de feud. cap. 4. num. 3.* Struv. *S. J. F. cap. 4. aphor. 19. n. 20.* Solet aliquando inſuper adjici, quibus armis inſtructus debeat apparere, & cum Domino proficiſci ad prælium; ita ut ſemel duntaxat in anno, vel in patria & vicina regione, non verò in remota aut extera militare Domino teneatur; Et quidem in pluribus Germaniæ locis invaluit, ut in literis Inveſtituræ nominatim exprimatur, vel in Catalogo Feudorum **in dem Lehn-Regiſter / Lehn-Urkund / und Büchern** deſignatum reperiatur, quid feudatario faciendum. **Welcher maſſen der ſchuldige Roß-Dienſt zu leiſten / ob mit einem viertel / halben / gantzen / zween oder mehr Pferden vom Lehn zu dienen;** Imo feuda pleraque reſpectu ſervitiorum pactione eſſe determinata,

in determinata & indeterminata.

Illorum natura.

teſta-

teſtatur Jacobin. de S. Georg. *d. verb. promiſerunt. num. 28.* Heig. *d. l. n. 12. & 14.* Kohl. *d. tr. p. 4. n. 95.*

§. *VII.*

Quod ſi feuda ſint exigui momenti, aut valoris, equus ſolet dividi, ejusqne miſſio duobus vel pluribus conjunctim ſumtis imponi, quo caſu ſumtus ab illis colliguntur, integerque equus una cum milite transmittitur, dann in dergleichen Fällen pflegt einer ein halbes / ein anderer ein viertel / oder einen Fuß / und ſo weiter zu halten und beyzutragen. Kohl. *d. l.* Gothofr. Ant. *Diſp. Feud. 7. th. 3. lit. C.* Schrad. *de feud. p. 6. c. 6. n. 4.* Knichen. *de Veſtitur. pact. p. 2. cap. 5. n. 6.* In feudis exiguis, quid juris.

§. *VIII.*

Paulò antè §. ſexto dixi, Vaſallum ultra determinatum modum non eſſe gravandum. Struv. *d. l.* Aliquando tamen ingruens aliqua occaſio diverſum jubet, cum neceſſitas legem ſibi imponi non patiatur, arg. *l. 5. §. 12. & 13. ff. de N. O. N.* Evenire hinc ſolet, ut ob ejusmodi extraordinariam obvenientiam pluribus, quàm alias obligatus eſt, equis ac hominibus celeriter ac ſine mora collectis Dominum adjuvare teneatur. arg. *2. Feud. 26. §. licet.* e. g. ob magnum imminens Domino periculum, cui propulſando ipſe eſt impar. Rationem reddit Kohl. *d. l. n. 98.* quintuplicem (1) quod in quacunque diſpoſitione ſive prohibitione, quantumvis generali cenſeatur exceptum, quod ex cauſa magnæ neceſſitatis oportet fieri. *l. Æſtimationem. 16. §. 3. ff. de Mun. & Honor. l. cum Antiquitas. 28. C. de Teſtam. l. alienationes. 13. ff. famil. herciſc. l. 1. ff. de fund. dot. l. Pater. 28. pr. ff. de legat. 3.* Cravett. *Conſ. 6. n. 91.* (2) quia in caſu improviſo tenetur vaſallus ultrò & non rogatus venire, & officia ſua Domino impertire, licet alias non niſi requiſitus aut interpellatus ad ea ſit devinctus *2. F. 7. 2. F. 26. c. licet, ſi de Feud. def. content.* In extraordinariis enim ceſſat via ordinaria & regularis proceſſus per *cap. quanto. de Conſuetud. & l. ut gradatim. 11. §. quoties. 2 ff. de Muner. & Honor.* (3) quia in

Exceptio à Regula in caſu neceſſitatis.

Ejus ratio quintuplex.

generali diſpoſitione non comprehenditur caſus privilegiatus. Schrad. *de Feud. p.10. ſect. 5. n. 35.* Caſum vero urgentis neceſſitatis eſſe privilegiatum, conſtat ex *d. cap. licet. c. ad hoc verſ. Tu tamen. Rubr. Hic finitur lex &c. 2. Feud. 28.* Sebaſt. Med. *de Caſib. fortuit. p. 1. qu. 6. per tot.* (4.) Quia opinio hæc intentioni Domini magis conveniens, quem veriſimile eſt, tantò majorem ſibi polliceri fidelitatem & adjutorium, quantò majus ipſi imminet damnum. *c. in generali. ſi de Feud. def. cont. 2. F. 26. c. 1. pr. de Capitan. qui cur. vend. 2. F. 51.* Tandem (5) petit argumentum à ſimili, ab immunitatibus nimirum deſumtum. Tametſi enim alicui ſit immunitatis privilegium generaliter & abſolutè promiſſum, ad caſum tamen ſive tempus magnæ & urgentis neceſſitatis haudquaquam porrigitur, quo minus tunc privilegiatus onera ſubire, & collectas præſtare teneatur juxta communem Dd. ſententiam. Mynſ. *p. 4. obſ. 70.* Med. *de Caſib. fortuit. p. 1. qu. 6. n. 37.* textus eſt *in l. un. C. ut nem. lic. in empt. ſpec. ſe excuſ. l. 10. facit. l. jubemus. 10. cum ſeq. C. de SS. Eccleſiis.*

## §. IX.

Alia Exceptio bey Ehren-Fällen.

Idem Juris eſſe docet laudatus Feudiſta, nempe quod ſervitia intra determinatos cancellos ſeſe continere nequeant, in caſu, quo Domino ſingularis obvenit honor **in gewiſſen Ehren-Fällen / als Beylägern / Geburts- und Nahmens-Tägen / wann wegen groſſer Siege und Freudens-Bezeugungen Danck-Feſte angeſtellet werden /** ubi majori apparatu, ſolennitate & feſtivitate opus eſt, tùm enim Vaſallum quoque ſplendidiorem præſentia & honoratiore pompa præſentem eſſe decet. Huc quoque funerationum ſolennia pertinere videntur; quæ tamen omnia cum moderatione ſunt accipienda, ut ſcilicet arbitrium boni viri non excludatur, nec ad aliud genus ſervitiorum trahatur, quod generi determinato non eſt conſimile, ſiquidem extenſio non admittitur de caſu ad caſum, ubi non eſt eadem utriusque ratio. *L. Julia. 44. §. hoc cap. 1. ff. de rit. nupt.* Crav. *Conſ. 176. n. 2. & Conſ. 548. n. 25.*

§. X. Cum

§. X.

Cum in ordinariis ſervitiis ſolennem Vaſalli requiſitionem neceſſariam eſſe certi juris ſit, conſultum duxi, formulam in literis evocatoriis uſurpari ſolitam hic adjicere, quoniam ex ea tam cauſa finalis, quàm modus apparet. P. P. Weiln ſich die Gefahr im H. R. Reiche von Tage zu Tage beſorglicher anläſt/ indem allerhand gefährliche motus und Krieges-Empörungen ſich hin und wieder ereignen/ alſo/ daß wir unumbgänglich verurſachet und bewogen werden (ohngeachtet wir mit niemanden in ungutem zu thun) unſere Sachen in gute acht zu nehmen/ und auf Mittel und Wege zu gedencken/ wie wir und unſere Lande und Leute/ ſoviel möglich vor unbilligen und unverſchuldeten Gewalt/ vermittelſt des Allmächtigen gnädiger Verleihung verſichert ſeyn und bleiben möchten; Als begehren wir vor uns und die Hochgebohrne Fürſten/ unſere freundliche geliebte Brüder und Gevattern/ Herrn N. N. Ihr wollet euch vermöge eurer Pflicht/ mit den Pferden und Knechten/ mit welchen uns und genannten unſern geliebten Brüdern/ auch unſern freundl. lieben Vettern ꝛc. Ihr zu dienen ſchuldig/ alſo und dergeſtalt gefaſt machen/ daß Ihr auf ferner unſer Zuſchreiben/ an dem Orte/ dahin wir euch erfordern mögen/ bey Tage und Nacht ohne Auſſenbleiben erſcheinet/ und euch hieran nichts/ als GOttes Gewalt verhindern laſſet. NB. In Fall ihr aber durch Leibes Ungelegenheit darvon abgehalten würdet/ nichts deſto weniger eine ſolche Perſon/ darmit vier zu frieden ſeyn können/ an eure Statt/ ſambt zugehörigen Pferden/ und Knechten ohnfehlbar ſchicket/ und ſolches nicht anders haltet/ daran geſchiehet unſere zuverläßige/ gäntzliche und gefällige Meinung ꝛc. Aliam vide *in Edicto Electoris olim Brandenburgici anno 1617. emiſſo apud* Eman. von Meteren der Niederl. Hiſtorie im 34. Buch *f. 679.*

Vaſallus requirendus.

Formula.

Alia remiſſivè.

§. XI.

Ad hoc genus ſervitiorum determinatorum pertinent quoq; ea, quæ in feudo conditionato nominatim ſunt expreſſa, & ita quidem, ut ad alia non queat adſtringi fidelis, quod germanicè, ein

De feudo conditionato.

Das geſetzte Dienſte hat. ein Seß-Lehn vocari conſuevit, quaſi ein geſetztes Lehn/ das da geſetzte und gewiſſe Dienſte/ oder Præſtanda hat/ *c.1. §. ult. quid ſit Inveſt. 2. Feud. 2. c.1. in fin. In quib. caſ. feud. amitt. 2. Feud. 23. & tit. 104. in extraord.* add. *tit. 75. & 89.* ibique Cujac. Roſenth. *c. 2. concl. 75.* Vincent. de Franchis *deciſ. 134.* Ad cenſum horum

Caſtrenſi. referendum veniet Feudum caſtrenſe (ein Burg-Lehn) quod Vaſallo conceditur eum in finem, ut Domino auxilietur in certo caſtro defendendo, Schrad. *p. 2. c. 4. n. 17.* Roſenth. *c. 2.*

& aulico, *qu. 78.* Nec non feuda aulica, quæ officialibus quibusdam conceduntur pro præſtatione certorum nominatorum officiorum, in vernacula dicuntur Hof-Lehn / ſo dem Lehn-Herrn in Hof-

ubi quatuor officia. Dienſten abverdienet werden / qualia ſunt munus Marſchalli, Camerarii, Pincernæ, & Dapiferi hereditarii, Vultej. *1. Feud. 8. n. 49.* Schrad. *c. 4. n. 54.* Roſenthal. *d. c. 2. concl. 70. n. 3.* vid. Marquard. Freher. *ad Carol. III. Conſtitut. de feud. verb. officiarios ſpeciales.* Knichen. *de Saxon. non provocand. jure verb. Ele-*

Non ſolum in Imper. Elect. *ctor. c. 1. n. 45. 83. & ſeqq.* Hæc quatuor feuda officiaria non ſolum habentur in Imperio quoad Electores, verum etiam

Sed & in aliis principatibus Bamberg uſitata ſunt apud alios Principes & Epiſcopos, veluti Bambergenſem: vid. Excellentiſſ. Dn. D. Spitz, Seniorem Facultatis ſuæ meritiſſimum, Præceptorem ac Fautorem meum omni obſervantiæ cultu proſequendum, *de Cleric. Venatore cap. 4. §. 8.*

& Eichſtett: & Eichſtettenſem, ubi Mareſchalli officium gerit Illuſtriſſima familia Dnn. Comitum à Caſtell, Camerarii Domini à Schaumbergk / Archi-Pincernæ Domini ab Eyb / & Dapiferi, Domini

quæ tamen huc non pertinent. à Leonrodt, quanquam hæc aliaque id genus ſervitia ad noſtrum ſcopum propriè non ſpectent, tractantes de æſtumatione ſeruitiorum equeſtrium, quæ quippe etiam magis propriè ad feuda, tanquam militiæ conſequutivum pertinent. *tit. 1. de his, qui feud. dare poſſ. §. notandum. 1. Feud. 1.* ibi: *niſi Romam cum illis in exercitum perrexerit, tit. 5. quib. mod. feud. amitt. pr.* ibi: *Si enim Dominus prælium campeſtre habuerit. tit. 7. de nat. feud.* ibi: *niſi fecerint hoſtem Romæ. 2. Feud. 12. de Fratr. de*

*nov.*

*nov. benef. inveſt.* ibi: *cum equis & armis. 2. Feud. 21. de Vaſall. mil. qui arm. bell. depoſ. cum ſimil.*

## §. XII.

Veniamus nunc ad alterum membrum diviſionis, quod complectitur miniſteria indeterminata. Hæc præſtantur citra denominationem à Vaſallis pro more receptaque conſuetudine. Schrad. *c. 6. n. 4.* In exactione horum recurſus ſumitur ad regiſtra, ſchedulas luſtratorias, & alia documenta feudalis curiæ: item, nach den Muſter- und Furier-Zetteln / ut quot equis, delectu facto, quis alio tempore comparuerit, tot regulariter ſervire obligatus eſſe intelligatur. Knich. *de Pact. Inveſt. p. 2. c. 5. n. 19.* & *de jure territor. c. 3 n. 336.* Wehner. *Obſerv. pract. voce* Folge. Hoc fit, quando in literis inveſtituræ expreſſio ſervitiorum nulla reperitur nominatim, ſed Vaſallus fidelitatem & officia pollicitus eſt in genere & indeterminatè. arg. *2. Feud. 6 de forma fidel. & 2. Feud. 7. de nova form. fidel. 2. F. 26. Si de feud. def. cont. ſit. §. licet. 2. F. 55. de proh. feud. alien. per Frider. 2. Feud. 36. An mut. vel alias imperf. feud. ret.* Alex. *Conſ. 30. n. 19. lib. 1.*

De Servit. indeter. vid. ſupr. §. 6.

illorum natura.

## §. XIII.

Hunc obſequiorum cultum, quo Vaſalli Dominum ſuum ornant, honorant, ac juvant, Itali, *Cavalcatæ* nomine, reddunt, quæ omnia ſervitiorum feudalium genera complectuntur, teſte Raynaud. *in comprehenſor. feudal. ad leg. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Frider. & Jacob. Georg. d. l. in verb. Et promiſerunt. c. 15. in fin.* Et in hoc ſignificatu *Cavalcatæ* vocabulo uſus etiam fuit D. antiquus & magnus Practicus Albericus de Roſate *in rubr. de mun. & hon. n. 53.* Peculiarem tractatum de *Cavalcata* edidit Anton. Borrin. *Sabaudus, JCtus eximius & in alma Taurinenſi Univerſitate Doctor celeberrimus* circa finem Seculi Decimi Sexti, vid. etiam de hac voce Carolus du Freſne *in Gloſſ. med. & in fin. latin. voce Hoſtis.* ubi ſcribit: *Hoſtem verò propriè poſtmodum appellarunt noſtri*

Italis dicuntur Cavalcata.

Borrinius Scriptor proprius de illa.

*ſervitium militare* ( vid. omnino *1. Feud. 7.* ibi: *niſi fecerit hoſtem* ) *quod Dominis ſuis feudalibus debent Vaſalli ac tenentes, ita ut ad bellicam ſubmonitionem ſeu citationem militaribus armis inſtructi cum iis in exercitum pergere tenerentur: idq; vocabant hoſtem vel exercitum, quibus vocabulis adjungitur ferè ſemper, ex his* Cavalcata, *Equitatus, Expeditio, ita una eademque fuiſſe videatur obligatio, cui obnoxii eſſent Vaſalli, Gallis dicebatur* Chevauchie, *ut apparet ex veteri conſuetudine Andegavenſi,* ubi allegante laudato Auctore, hæc verba leguntur: *Il y a difference entre houſt, et chevauchie, car houſt eſt pour defendre le pais, qui eſt pour le proufit commun. Et chevauchie eſt pour defendre ſon Seigneur.* Alium locum citat ex charta A. Comitis Inculismenſis anno 1191. *Dedi, quittavi, illam conſuetudinem, quæ dicitur oſt, ſive chevaucheia, quam habebam in hominibus S. Eparchii &c.*

De Servit. inſuper. vid. ſupr. §. 6.

### §. XIV.

Hujus extenſio.

Extenderunt Dd. hanc vocem etiam præter bellica ad alia pacis obſequia, imo ad quascunque Vaſalliticas præſtationes, cùm perſonales, tùm reales, quod comprobat ante memoratus Scriptor proprius de *Cavalcata p. 3. c. 1.* his verbis: *Cumque generaliter ſervitia ipſa, adeoq; etiam ipſa Cavalcata,* ſive *Expeditio, honorem, tuitionem, utilitatem ac firmamentum Imperii ac Principis vel Domini reſpiciant,* per *text. tit. de prohibit. feud. alienat.* per Lothar. *2. Feud. 52. propè princip.* in verb. *per quod vires Imperii maximè attenuatas &c.* juncto *tit. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. Feud. 55.* ibi: *Et honor Imperii & noſtræ felicis expeditionis complementum minuebatur* &c. Rebuff. *in l. 2. C. de quib. munerib. cap. non minus. X. de Immunit. Eccleſ.* & *l. nullus. 11. C. de Curſ. publ. Non malè etiam nos, eodem* Cavalcatæ *nomine, generalius omnia omnino ſervitia, feudi jure debita, complecti videbimur, etiam ea, quæ extra bellum & expeditionem præſtantur, cum ea pariter non niſi ad Domini honorem & commodum inventa & conſtituta dicantur, ut ex tenore*

*juramenti fidelitatis licet cognoſcere. tit. qual. jur. deb. vaſall. Dom. fidel. 2. Feud. 5. & tit. de form. fidelitat. nov. tit. 2. F. 6. & 7.*

## §. *XV.*

Hac ratione recenſenda foret hic loci alia diſtributio operarum, qua ſcilicet abeunt in *perſonales* & *reales*. Verùm placet nobis eandem reſervare alii loco, ubi ſedem ſortitura eſt convenientiorem. Enimvero, quoniam impropria quodammodo eſt, Feudis per regulam ſibi militaria officia expoſcentibus, oportunius ibi recenſebitur, ubi de mutatione ſervitiorum in aliud genus debitæ obedientiæ, & quidem de ipſa adæratione ex profeſſo agere conſtituimus, quod fiet illico capite proximo. Alia diviſ. ſervit. in perſonalia & realia.

## §. *XVI.*

Non autem extra rem fore h. l. arbitror exponere, cujusnam ſumtu Vaſallus ſubventiones ſuas adjutorias expedire habeat, ſuone proprio, an Domini? Dd. Vaſallo id imponunt oneris, ſi intra Domini diſtrictum ſive regiones expeditio fieri debeat; *c. un. in fin. in quib. cauſ. feud. amitt. 2. F. 23. junct. l. quod niſi. 20. in pr. quia unusquisque. ff. de Oper. lib.* Struv. *cap. 11. aph. ult.* Kohl. *p. 6. n. 14.* Garſ. *de expenſ. c. 12. n. 82.* Secus ſtatuendum, ſi aliter ſit inter ipſos conventum, aut beneficium ſit adeò tenue, ut proventus illius ſervitiis expediendis minus ſufficiant, prout iterum limitant Feudiſtæ in d. text. Conf. *l. ſuo victu. 18. ff. de oper. lib.* Schneid. *Epit. Feud. p. 5. n. 111. verſ. aut ex tenore* Schrad. *de Feud. p. 6. c. 6. n. 18.* Roſenth. *c. 8. Concl. 24. n. 4.* & *in not. lit. c. d.* Vultej. *1. F. 10. n. 44. verſ. quod ſi nihil conven.* Cujus ſumtibus Vaſallus ſerviat. Si pactum intercedat.

## §. *XVII.*

De Jure Saxonico Vaſallus per ſex ſeptimanarum ſpatium ſuis, exacto illo tempore Domini impenſa ſervit. *juxta* **Lehn-R.** *c. 4. poſt. pr. ibi:* **Sechs Wochen ſoll ein Mann reiſen und ſeinem Herrn dienen bey ſeiner eignen Koſt** / Reinh. *p. 3. Differ. 16.* Quid juris in Saxonia.

Zobel *p. 3. Diff. 24. n. 7.* Sed iſthanc Dispoſitionem conſuetudo diſeruit, Domino omne quidquid fuerit erogationum injungens, daß nemlich der Lehn-Mann diene auf des Lehn-Herrn Fütter und Mahl / oder zieml. und gewöhnliche Beſoldung. Reinh. und Zobel *d. l.* vel ſecundum Schneidew. *paul. ant. cit.* & Weſenb. *de Feud. cap. 9. n. 10.* Der Herr giebet ſeinen Lehn-Leuten / wann ſie bey ihm ankommen ſind / und mit ihm ziehen / Fütter / Mahl und Huff-ſchlag / vid. Carpz. *p. 3. Conſt. 28. Def. 18. n. 11.* Illuſtr. Dn. Stryck. Præceptor ac Patronus meus omni honoris & obſequii cultu proſequendus *Exam. J. F. cap. 18. qu. 25.* & Schilt. *Inſtit. feud. cap. 6. §. 6.* ubi diſtinguit inter præparatoria die Mundirung / & reliqua. vid. *Cap. extraord. 107.* & Leiſ. *de Jure Georg. c. 9.* ubi idem obſervari tradit in ſervitiis extra bellum exhibendis, vi *Conſtitut. de Anno 1603.* Nam eo anno in der Erörterung der Landes-Gebrechen auf dem Land-Tage zu Torgau expreſsè conſtitutum eſt. Mit Auslöſung derer von Adel / wann ſie in die Aemter oder den Halt zu bereiten erfordert / ſoll ihnen auf Pferd Tag und Nacht / wo es ſonſt nicht ſeine gewiſſe Satzung hat / ein halber Gulden gereichet werden. Adde Electoris Auguſti Ausſchreiben de *Anno 1555. tit.* von Auslöſung der Amts-Saſſen.

## §. XVIII.

An Dominus Vaſallo periculum paſſo ad reſtitutionem ſit obligamus.

Quid ſi Vaſallus infortunii mole preſſus inter auxiliandum ſuo Domino, equos, arma & alia id genus amittat, an regreſſus ipſi dabitur ad dominum, cujus imperio præſto fuit? Negatum ire Feudiſtas deprehendo, per *C. ſicut. 29. X. de Jurej. Ferr. in Form. libell. ad revocat. feud. verb. contra debitorem. n. 9.* Schneidew. *d. p. 5. n. 109.* Schrad. *p. 6. c. 6. n. 6.* Roſenth. *c. 8. Concl. 22. n. 2. & in not. lit. b.* Bocer. *de Jur. & commod. Senioris lib. 1. c. 4. n. 132. & p. 2. Claſs. 5. Diſ. 19. th. 26.* Et rectè, quia caſus Domino nequit imputari. Perinde enim ut operarii, ſi inſtrumentorum ſuorum jacturam faciunt, à Dominis & Locatoribus ſuis quicquam repetere fas non habent. *l. 2. §. 1.*

§. 1. ff. ad L. Rhod. de jact. Frid. Huſan. de prop. hom. c. 6. num. 9. Ita nec hîc Vaſalli ſuccurrentes; Si tamen ab hoſtibus intercipiatur Vaſallus, Dominus ad redimendum eum pro quantitate facultatum, quas ille impendit, eſſe adſtrictum aſſerunt, præprimis ſi id ita conventum. Gloſs. des Lehn-Rechts/ wann der Herr ſeinem Mann gelobet für Schaden zu ſtehen / dieweil Er an ſeinem Dienſt iſt / und der Mann würde gefangen / wie hoch ſolte der Herr den Mann löſen. Reſp. Daß man ihn ſchätzen und löſen ſoll nicht nach des Herrn / ſondern nach des Mannes Vermögen/ Reinh. diff. p. 3. Diff. 9. Schneidew. & Schrad. paul. ant. alleg. Si Vaſallus ab hoſtibus captus quid juris.

## §. XIX.

Jus Saxonicum ad mitiora conſilia inclinat, ſtatuens, Dominum auxiliatori ſuo Vaſallo ad amiſſorum refuſionem devinctum eſſe, adeo ut ante illorum ſatisfactionem Vaſallus ad ulteriora obſequia non ſit adſtringendus, juxta Lehn-R. cap. 4. Wann der Mann ein Pferd oder ichts anders ſeines Guts in ſeines Herrn Dienſt verlohren / das ihm noch nicht wieder vergolten iſt / dieweiln iſt er nicht ſchuldig ſeinem Herrn zu dienen / noch ihm Lehn-Rechts zu pflegen / quanquam in ejusmodi caſibus ubique, quod moribus receptum ſit, obſervari debeat. Jus Saxon. de hoc.

## §. XX.

De operis ruſticorum extat ſpecialis conſtitutio in dem Bayr. Land-R. tit. 22. artic. 7. verb, Da aber vor Alters ein benamtes Geld oder Gütter für die Liefferung oder Zehrung gegeben worden / ſoll es nochmaln darbey verbleiben. So viel aber die Hand- Scharwercker / Speiß und Brod oder Geld / daß jedem darfür gegeben wird / betrifft / weil es deßhalben im Lande ungleich gehalten wird / kan man keine gewiſſe Ordnung machen / ſondern es bleibet jedes Orts bey altem Gebrauch und Herkommen / darwieder die Unterthanen nicht ſollen beſchwehret werden. Conſuetudine tali deficiente recurritur ad jus commune, quo ſubditi propriis ſumtibus ſervire tenentur. d. l. ſuo victu. 18. de oper. libert. ibique Brunn. Jus Bavar. de operis Ruſticis.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0027-8

§. XXI.

De Vaſallis.

Subjectum præſtationis noſtræ ſunt *Vaſalli*, *Feudatarii*, etiam nuncupati: item *Fideles 1. F. 14. §. 3. tit. 4. §. 6. & tit. 6.* qui in quatuor claſſes de jure priſco diſtribuuntur, in quarum prima ſunt in illuſtri dignitate poſiti, veluti Duces, Marchiones, Comites, *1. Feud. 14. pr.* In ſecunda Capitanei & Valvaſores Majores in ſpecie ita dicti. Struv. *cap. 3. aph. 5. n. 4.* In tertia inveniuntur Valvaſores Minores *1. F. 7. 2. F. 10.* In quarta apparent plebeji *d. 10. verſ. cæterum.* Struv. *cit. loc. ubi n. 7. in fin.* monet, nomina illa Valvaſorum & Valvaſinorum non amplius eſſe in uſu, & aliter etiam cum feudis illis in Imperio noſtro Germanico eſſe comparatum, ejusque adeo ſtatum hodiè eſſe reſpiciendum. Vocantur etiam **Equites**, Germanicè **Ritter** / hinc **Ritter- und Mann-Dienſte** / **Pferde-Dienſte** / *Caballatores* apud Carol. du Freſne *lit. C.*

Illorum diviſio.

Jus modern.

Caballator.

## CAP. III.
## AGENS DE OBJECTO, VBI ADÆRATIO LOCVM HABEAT, QVOMODO FIAT, ET QVA OCCASIONE.

§. I.

Adærationis varius uſus.

ADæratio ſive æſtimatio ad varia utilis eſt: Verſatur nimirum (1) circa ipſa Feuda illorumque pretium **den Werth des Lehn Guts insgeſamt** / **oder deſſelben Anſchlag** / qualis taxatio locum ſibi poſcit in venditione, permutatione, & diviſione. *l. 16. C. de Reſc. Vendit.* Ubi res æſtimari debent, non ex affectione ſingulari, nec utilitate ſingulorum, ſed ſecundum rei veritatem, *per l. pretia Rer. 63. ad L. Falcid.* ibique Bartol. & Dd. Inveſtigandi ſunt ipſius rei vel fundi feudalis fructus aliique proventus, una cum pertinentiis, ſecundum loci, pecuniæ, perſonarum &c. circumſtantias: **Speidel** voce **Anſchlag** / Struv. *c. 11. Aph. 5. n. 12.* Habet ſuam latitudinem & gradus

Anſchlag.

gradus, diſpeſciturque in ſummam mediam & infimam, **in den höchſten / mittelſten und geringſten Anſchlag /** it. **den gewöhnlichen und gemeinen Anſchlag /** Lauterb. *in Compend. ff. & tr. Synopt. t. de contrah. Empt. Vendit. §. 18.*

## *§. II.*

Circa aliment. & dotat. filiar.

Hæc ipſius Feudi æſtimatio adhibenda ſæpius etiam erit quoad onus educationis, alimentationis & dotationis filiarum. Nam hæc aliquando in ſubſidium, deficientibus nimirum bonis allodialibus, ex Feudo, pro quantitate pretii depromuntur. Hartm. Piſtor. *p. 2. qu. 37.* Gail. *1. Obſ. 117.* Carpz. *p. 2. C. 46. def. 16. & l. 4. Reſp. 65.* Quodſi inter partes de quantitate conveniri nequeat, definitio arbitrio Domini committitur, Hart. Piſt. *d. l. n. 18.* juxta Thuringiæ conſuetudinem in ſingula florenorum millia, quibus Feudum ratione proventuum communiter æſtimari ſolet, quinquaginta floreni computantur, referente Struvio ex Rennemann. *cap. 14. aph. 17. n. 3.* Idem juris eſt, ſi filiis ad ſuccedendum in Feudo ob corporis vel animi vitium inhabilibus ſuſtentatio ſit diſcernenda. *1. F. 6.* Struv. *d. l. aphor. 19.*

In Thuringia

## *§. III.*

Adæratio porro, **die zu Geld Anſchlagung** ſive taxatio verſatur ſæpenumero etiam circa ſolos equos, h. e. ſervitia equis præſtanda **den Pferd- oder Ritter-Dienſt.** Erat & apud Romanos quondam Equorum quædam exactio, & collatio, indeque eorum *adæratio*, de qua equorum nempe ad militares uſus collatione quatuor extant tituli in Cod. Theodoſ. ut 1) *de oblatione* 2) *Collatione* 3) *Collationis excuſatione* & 4) *de Stratoribus* i. e. Curatoribus, qui equis curandis & regendis præerant, alias *Caballarii* dicti, Carol. du Freſne *dd. vv.* ad quos mittebantur ab illis, qui offerebant, ut probarentur. Certa enim forma, ſtatura & ætate conferendi erant, pro qua probatione Stratori ſolidus dabatur, *l. un. d. tit. de Strator.* De adæratione autem expreſſus textus eſt in *l. 3. Cod.*

Circa equos qualis apud Romanos.

Stratores

Caballarii

*Theodoſ. de equorum collat.* ibi : *Equos Canonicos militaris Diœceſeos Africanæ ſecundum ſubjectam notitiam ſingularum provinciarum ex præſenti duodecima indictione juſſimus adærari:*

de pretio.

Pretium autem pro diverſitate provinciarum erat diverſum, nempe prout provincia locuples fuit, vel prout præſtantes fuerunt equi. Viceni & terni ſolidi pro ſingulis exigebantur, *juxta Conſtit. Impp. in l. 1. d. t. de Collat. Equor.* quæ æſtimatio fuit immutata. Tempore Honorii viceni ſolidi inferebantur, *l. 2. d. t.* poſtea octodecim. Sanè enormi pretio equorum ſubinde provinciales ſunt onerati, imò ferè attriti, ut relaxationem petere fuerint coacti. Facit huc Mamertini locus in Gratiarum actione pro conſulatu, ubi inter Juliani laudes memorat ; *Ipſo tempore levati Equorum pretiis enormibus Dalmatæ : Epirotæ ad incitas intolerandi tributi mole depreſſi, providentia, Imperator, Tua, non modo miſerias exuerint, ſed amplam etiam atque opulentam revexerint fortunam.* Plura vide de hac re ap. Jacob. Gothofr. *ad d. tit. ubi l. 2. exponit, quid ſint equi Curatoricii & Canonici & in Paratit. l. 7. p. 262.*

Provincialium querela

## §. IV.

Noſtra ætate

Ut ad ſcopum redeamus, notandum venit, æſtimationem equorum noſtra ætate non uno eodemque modo fieri, ſed variare pro diverſitate locorum & regionum. In pedemontano diſtrictu æſtimantur quatuor pro centenario. Cacheran. *Conſ. 27. n. 31.* In aliis locis decem pro centum. Raudenſ. *Reſp. 17. num. 137. lib. 1.* In regno Siciliæ æſtimantur pro quolibet equo armato viginti unciæ. Cumia *c. ſi aliquem verb. conſuet. ſervitii n. 18.* Camill. de Curte *p. 1. §. cum igitur. n. 40 lit. b. quos citat* Andr. Knichen *tract. de Veſtitur. part. p. 2. c. 5. n. 335.* In Feudis titulatis quinque pro centenario. Garſ. Marſtrill. *Deciſ. 1. num. 17.* In Germania noſtra itidem variat æſtimatio, Coler. *de proceſſ. Execut. p. 3. c. 9. num. 132.* Joh. Köpp. *qu. 44. n. 12.* In Saxonica quodlibet militare ſervitium ein Pferd Ritter-Dienſt æſtimatur mille florenis, quia onus reale

In Italia.

Germania

Saxonia

eſt,

eſt, & poſſeſſorem comitatur, Roſenth. *c. 8. Concl. 5. n. 1.* Struv. *cap. 11. Aph. 5. n. 12.* Hinc æſtimatio ejusmodi ita fieri ſolet, ut Feudo æſtimato ſemper unius ſervitii militaris 1000. floreni demi ſoleant, quaſi de horum fructibus aut penſionibus annuis equus ferè ali queat. Poſt Jacob. Schultz. *in addit.* ad Matth. Coler. *Deciſ. 82. n. 5.* Georg. Schultz. *ad Synopſ. J. F. cap. 10. n. 42.* Leiſer. *de Jur. Georg. c. 9.* In Marchia quoque Brandenburgica equum æſtimari mille Imperialibus recenſet Bruckm. *Conſ. 50. n. 504.* Beſold. *Th. pract. continuat. v.* Lehn-Dienſt *vid. omnino Illuſtr.* Dn. de Coccejus *Diſp. de Adoha c. 2. §. 11.* Leiſ. *de Jur. Georg. d cap. 9.* — Marchia

## §. V.

Ab utraque præmiſſarum adærationum aliena prorſus eſt noſtra, quæ initur non contemplatione Feudi ipſius circa caſum alienationis obventurum, ſed in gratiam cum ipſius Domini, tùm etiam Feudatarii, ſive Vaſalli ac Caballatoris. — circa noſtrum ſcopum

## §. VI.

Receditur hic â regulari Feudorum natura, qua quippe ſervitia in perſona exhiberi neceſſe eſt, non autem ſecundum adærationem ſive æſtimationem ære aut pecunia factam. Hæc extraordinaria ſervitilorum, exactio ſive præſtatio non immeritò refertur ad realia, ut intimationem hujus ſpeciei jam dum fecimus cap. præced. Sicuti enim certiſſimum eſt, bellorum ſuſcipiendorum neceſſitatem Feudorum origini cauſam extitiſſe, ut nimirum Imperatores fortes nanciſcerentur viros, quorum virtute & ſtrenuitate poſſent hoſtium incurſus & injurias repellere, ita ſucceſſu temporum eorundemque viciſſitudine factum compertumque eſt, ut eventus intentioni & expectationi non ſemper reſponderet, variis ſæpe impedimentis interdum ex ipſorum Feudatariorum excuſationibus intervenientibus, viſum fuit poſtea Cæſaribus & Principibus etiam per ***reales collationes*** remedium huic rei accommodare. A Conrado taxatio primum facta eſt in Teutonica terra ad tertiam

Eſt modus extraordinarius,

pertinens ad ſervit. realia.

Occaſio horum.

Prima taxatio à Conrado.

tiam partem Feudi fructuum ejus anni, in quo collatio ſive contributio fieri debuit; In Lombardia verò ad duodecim denarios pro quolibet modio, textus eſt in *§. ſimiliter. tit. de Capit. Conrad. 2. F. 40.* Poſtmodum tàm in Italia à Friderico, quam in Alemannia, eadem taxatione generaliter ad medietatem fructuum & redituum beneficii modus conſtitutus eſt. *tit. de Allod. & de prohibita Feud. alien. per Frider. §. firmiter. 2. F. 54. & 2. Feud. 55.* Sicuti porro Imperatores communem rationem imponendorum onerum, quæ generaliter per æs & libram pro modo ſcilicet facultatum iniri ſolet, ſecuti ſunt. *l. omnes. 8. Cod. de operib. publ.* Joh. Raynaud. *in d. §. firmiter. num. 13.* Joh. Ferrar. *Collectan. in uſu feud. lib. 6. c. 4. in fin. & cap. 5. verſ. igitur &c.* Quæ taxatio Friderici generaliter ſervatur, ut notant Gl. & Dd. *in §. ſimiliter.*

Deinde à Friderico.

It. ab aliis Impp.

## §. VII.

Definit. ſervit. real.

Eſt autem ſervitium reale in genere nihil aliud, quam adjutorium quoddam juxta proportionem redituum feudi à Vaſallis ad publicæ expeditionis & Domini utilitatem ſive in bello, ſive in pace conferendum, *d. §. ſimiliter de Capitul.* Conrad, *2. F. 40. & §. firmiter. de proh. Feud. alien. per Frid. 2. F. 55.*

## §. VIII.

Exemplum I.um

olim

In expedit. Roman.

Inter realia hæc primo loco offert ſe nobis ſervitium præſtandum in pecunia, quæ Imperatori ſubminiſtratur a Statibus, cum expeditio adverſus Turcam ſuſcipienda inſtat, quæ in locum expeditionis Romanæ ſucceſſu temporis tranſiit; Nam Principes olim & membra Imperii Cæſarem Romam ad ſuſcipiendam coronam comitari neceſſe habebant, *l. 2. Feud. 54.* quod de Jure feudali adeo præſtandum incumbebat, ut neglectu peccans feudo privaretur, quod Dominus in ſuos uſus poſtea redigebat. *d. 2. F. 54. §. firmiter. 1.* ubi hæc habentur verba: *Firmiter enim ſtatuimus tàm in Italia, quàm in Alemannia, ut quicunque indictâ publica expeditione vocatus à Domino ſuo in eadem expeditione ſpatio competenti temerè venire ſuperſederit,*

*derit, vel alium pro ſe Domino acceptabilem mittere contempſerit, vel dimidium reditus feudi unius anni Domino non ſubminiſtraverit, feudum, quod ab Epiſcopo vel alio Domino habuit, amittat, & Dominus feudi in uſus ſuos illud redigendi modis omnibus habeat facultatem.* Hæc autem expeditio, der Römerzug ſive Romana expeditio appellata, non ſolum ob majeſtatem & ſplendorem, verum etiam ob periculorum metum fuit introducta; Legimus namque in Lotharii III. & Friderici I. vitis, hoc auxilium Imperatoribus etiam ob hanc cauſam inprimis præſtitum fuiſſe. Conf. *2. Feud. 40. §. ſimiliter.* & Chriſt. Lehmann. in der Speyeriſchen Chronick *l. 2. c. 42. §.* zum Achten. ubi ſcribit: Zum Achten iſt der Gebrauch eingeführet worden / daß die Fränckiſche Könige / obwoln ſie Italien / Franckreich / und Teutſchland nach jedes Königs Rechten / Geſetzen und Gerechtigkeiten / beherrſchet / jedoch die Kayſerliche Kron von Biſchoff zu Rom aus ſonderbarer Affection und Andacht / indem ſie dieſe Hoheit erkennet / mit ſtattlichen Ceremonien empfangen / und von ſolcher Krönung mit aller geziemenden herrlichkeitlichen Pomp / und ſtattlichen prächtigen Anſehen zu begehen / iſt von denen Ständen verabſchiedet worden / daß die vornehmſten Fürſten des Reichs mit ihren Lehn-Leuten den König bis gen Rom / und wieder zuruck begleiten / und ein jeder Fürſt nebſt andern ſeinen Dienern einen Marſchall / Truchſes / Schencken und Cämmerer halten und mitführen müſſen; Solchen Zug zu Empfahung Kayſerl. Krone hat vor Alters her der Römerzug oder Expeditio Romana geheiſſen / davon ſich kein Fürſt im Reich / noch andere Stände / ſo des Reichs-Lehns genoſſen / ohne ſondere Bewilligung oder Verſtattung des Königs abſondern können / oder im Fall einer zuruck bleiben / und dem Reichs-Abſchied nicht nachgeſetzet / hat Er darmit des Reichs-Lehn verwürcket / und iſt deſſen offentlich vor verluſtig erkandt worden; De expeditione Romana hac extat quoque peculiaris conſtitutio Caroli III. Craſſi dicti, Anno 890. Wormatiæ promulgata, quam idem hiſtoricus Spirenſis capiti 42. inſeruit, & exhibet

Cauſa illius impulſiva,

ex verbis Lehmanni.

Conſtitutio Caroli Craſſi de hac re.

etiam Goldaſt. *in Conſtit. vol. 1. p. 28.* (vid. tamen Bœcl. *not. Imp. l. 15. c. 2. de Exped. Rom.*) in qua inter alia reperitur Phraſis *Halsbergas ducere*, quæ, quid ſignificet, exponere, nec à ſcopo noſtro alienum, nec ingratum lectori fore reor.

Halsbergas ducere, quid ſit.

§. *IX.*

Marquard. Freher. *in Commentario ſuo ad dict. conſtit. laudati Imperatoris Caroli III.* fatetur, ſe nec legiſſe, nec doctiſſimis amicorum conſultis diſcere potuiſſe, donec tandem deprehenderit, *Halsbergam* priſcis fuiſſe thoracem, vel loricam, ſive ex laminis compactam, ſive ex annulis orbiculisque contextam, quam Franco Galli adhuc *haubert, hauberge & haubergeon* appellant. Unde proverbium illorum: *De maille à maille on fait le haubergeon;* Origo eſt Francica, uſu quidem deſita, ſed quæ in libro Helden-Buch inſcripto frequenter offenditur: Sic dicta quaſi munimentum colli, quæ collum tegat aut abſcondat, (quod innuit verbum Bergen) qua ratione Saxones dicunt, ſie ſind geborgen / quaſi tuti à periculo. Similimodo iſta ætate in uſu erat vox *Hauttach* vel *Haupttach*, quod vertici tectum ſeu præſidium ferat. Halsbergas igitur ducere, eſt idem ac cataphractos & loricatos ducere, in quibus ſplendor & robur agminis conſiſtit, Liv. *lib. 37. His tria millia peditum loricatorum (Cataphractos illi appellant)* adjunxit. Hinc feudum loricæ apud Sigebertum Gemblacenſem Anno 1560. de expeditione Henrici Regis Anglorum, quod militi aſſignatur ea lege, ut ad edictum præſto ſit in armis loricatus ſive cataphractus, quod feudum Hauberticum: Fief de Haubert Franci & Normanni etiamnum vocant, ut extat in Conſuetud. Normand. c. 85. *Celuy, qui tient fief de Haubert, doit deſervir ſon fief par pleines armes, par le cheval, par le Haubert, par l'eſcu, par l'eſpee, par le heaulme.* Hæc ſuppeditat celeberrimus Strauchius Anteceſſor quondam Salanus in peculiari Diſputatione *de Hoſtenditiis.* Reſp. *Joh. Regulo Villingero Ulmenſi.* vid. & Carol. du Freſne. add. etiam Struv.

Cataphracti & loricati milites.

Feudum loricæ

Hauberticum.

*S.J.F. cap. 11. aph. 5. p. m. 410.* Notandum inſuper, nonnullos putaſſe, quod *Halſpergi* etiam *Gleves* nuncupati fuerint, Gleven/ Gleſſen oder Glaven/ de quibus plura refert honoratiſſimus Dn. Avunculus meus *in tr. de præſcriptione immemoriali c. 2. p. 68.* Eodem modo dicitur etiam *Beinberga*, crurum munimen, de qua id. Auctor. Halsberga quoque occurrit *in teſtamento Everhardi Ducis Forojuli ap. Miræum in Cod piar. cap. 21.* ibi: *Helmum cum Halsberga.* De Beinbergis locus præterea extat in legibus Ripuar. *c. 36. §. 11.* hiſce terminis. *Spatam cum Scogilo ſeptem ſolidis tribuat, bruniam bonam pro duodecim ſolidis tribuat, helmum cum directo pro ſex ſolidis tribuat, beinbergas bonas pro ſex ſolidis tribuat, ſcutum cum lancea pro duobus ſolidis tribuat.* Genus ocrearum fuiſſe ein Art von Stieffeln / die man auch Bein-Harniſche genennet / prout in armamentariis in Rüſt-Cammern aſſervantur & oſtenduntur, nullus dubito: vid. Baluz. *in Cap. Car. M. T. 2. p. 1400.* Plura vide ap. Caſpar. de Lerch. *Diſc. de ordin. Equeſt. Germ. m. 2. fund. 59. fol. 139.* & Goldaſt. *de Reg. Bohem. l. 2. c. 15. f. 229. & ſeqq.* vid. etiam Itter. *de Feud. Imp. cap. 20. n. 5.* Originem dieſes Römerzugs ad Carolum M. referunt. Hoc enim Rege Francorum & Longobardorum, nec non in Romanorum Imperatorem electo, Pontifex ipſis feriis Natalitiis Anno 1300. pretioſiſſima corona ipſum coronavit. Arniſ. *de translat. Imper.* Conring. *de German. Imper. Rom. §. 7. ſeq.* Hinc factum, ut coronationis ille ritus ſive ſolennitas in ſequentibus obſervaretur, ad cujus acquiſitionem tanto opus erat apparatu pompave. Conf. laudat. Itter. *d. tract. c. 21.*

Beinberga.

De origine hujus expeditionis.

## §. X.

Poſt tempora vero Caroli V. nullus Imperatorum à Pontifice amplius fuit coronatus, atque ita etiam illa expeditio Romana omiſſa, Carpz. *de Capitul. Cæſar. cap. 2. num. 22.* Unde cum & hodie illa non frequentari ſoleat, nomen quidem manſit, ſed res ad alium uſum pro imperii neceſſitate & utilitate migra-

Quando ceſſavit.

In ejus locum ſucceſſit auxilium adverſus Turcam.

migravit, ſcilicet ad ſumtus belli adverſus Turcam à Statibus, ceu paulò ante dictum, conferendos, qui nonnunquam ad quantitatem illius expeditionis Romanæ computantur, & inde quoque appellationem tulerunt. R. A. zu Regenſp. *de Anno 1594.* Wiewol nun Chur-Fürſten 2c. ibi: eine Hülffleiſtung auf den einfachen Römerzug N. Monat zur eilenden und beharzlichen Hülffe / zu erlegen bewilliget. *& Anno 1598.* §. So iſt doch von ihnen. *in verb.* Auf den einfachen Römerzug. *& An. 1603.* §. Nichts deſto weniger aber: *ibi:* den einfachen Römerzug noch in vier nach einander folgenden Jahren. *Anno 1582.* zu Augſpurg. §. wenn denn dem Röm. H. Reiche. *ibi:* auf den einfachen Römerzug in 5. Jahren zu Regenſp. *A. 1576.* §. dieweil aber 2c. *verb.* auf den einfachen Römerzug innerhalb 6. Jahren; Hi ſumtus ſunt aliquando ſimplices: Nach dem einfachen Römerzug / quandoq; duplicati, quandoq; etiam dimidiati. R. A. zu Regenſp. *de An. 1541.* §. wiewol Churfürſten. *in verb.* den halben Anſchlag des Römerzugs. Imo ſolent etiam erogationes hujuſcemodi ad alios uſûs transferri, veluti ad demolienda caſtra bannitorum. R. A. zu Erfurt *A. 1576.* §. wann wir nun in unſern 2c. ibi: Auf die vier Monat einfach 2c. Nec non ad exſtruenda vel etiam minuenda fortalitia, ſimiliaque alia. R. A. zu Speyer *Anno 1570.* §. Erſtlich dieweil noch 2c. Cæterum licet Imperator hodie coronam non amplius à Pontifice accipiat, eandem tamen ab Electoribus ut conſequatur, debet dare operam. *Capit. Carol. V. art. 30.* Limn. *lib. 2. cap. 4. n. 107.*

quæ collatio etiam in alios uſus convertitur.

## §. XI.

Aliud genus ſervit. realium in Hoſtenditiis.

Frequentabatur inſuper alia quondam expeditio, quando Vaſallis eundum ſeu pergendum fuit cum Rege in hoſtem, quod ſervitii genus vocatur *Hoſtenditia,* ſive in numero multitudinis *Hoſtenditiæ,* quæ vox legitur *tit. de Capit. Conradi. 2. Feud. 40. §. Præterea.* ubi ſemel occurrit, nec uſpiam alibi in conſuetudinibus feudalibus, quas Corpus Juris exhibet. Circa originem variè Feudiſtæ ſunt ſolliciti, aliis ab Hoſtalitiis, aliis vero ab Herislitiis derivantibus, quorum tamen opinio procul dubio

De vocis hujus Etymologia.

bio fallax eſt; Loccenio placuit derivare, quod ſit quaſi Aus- vel Us dem Dienſt / à præpoſit. Aus / ex, & articul. dem / addat. & Andr. Knichen. *de Superit. territ. cap. 3. n. 395. & ſeq.* Rectius dicuntur à Teutonico Oſtendienſte / adſpiratione adjectâ ſit Hoſtendienſt / vid. Bitſch. *in Comment. dict. cap.* Hoſte vel Ooſte enim denotat ſervitium in exercitu, vel interdum etiam pecuniam, qua illud redimitur. Freh. *in Comment. ad Conſtit.* Carol. Craſs. *ſupr. cit.* in antiquis germanorum LL. dictio Hoſte vel Hoſtis idem ſignificat, quod exercitus: Goldaſt. in *Gloſs. præmiſs. Tom. 3. Receſs. & conſtit.* Gallis *Houſte.* ut ſupra jam notatum, *§. 13* Ita in leg. Longob. *l. 2. tit. 18. l. 4. in hoſtem vadere:* & in Lege Salica. tit. 32. §. 6. *Scutum projeciſſet in hoſte* (i. e. exercitu) Similiter in tit. 66. *Hominem in hoſte occiderit.* add. text. *ſupr. cit. 1. Feud. 7. & 1. Feud. 20.* Hoſtis pro exercitu.

§. *XII.*

Definiuntur Autore Feudiſta *d. c. 40.* adjutorium, quod faciunt Dominis Romam cum Rege in Hoſtem, (ſive exercitum) pergentibus Vaſalli. Simile videtur Britannorum **Scutagio**, quod eſt ſervitium **Scuti** in bello ferendo, Domini juvandi cauſa. Sub **Scuto** enim reliqua arma militaria comprehendebantur. Matth. Crag. *Tr. Feud. in Scotia & Anglia obtin. lib. 1. Diegeſ. 11.* ubi addit. Hoc Scutagium ſervitiis militaribus accenſeri, quoniam publicæ expeditiones ad reprimendos hoſtes ſive rebelles in ordinem redigendos fiunt; Quod ſi quis Scutifer in expeditione abſuiſſet, taxatus eſt ad certam quantitatem Domino Feudi appendendam. Nobis Heerſteurarum appellatione veniunt. Lehn-Recht. *c. 46.* Schneidewin. *p. 5. num. 96.* nec non Reichsgeld / ut olim, Heers-Schild / Heers-Bann / vel quia imprimis intuitu feudorum Regalium exſolvuntur. Königs-Steuer / Aventin. *lib. 4. fol. 286. lit. B.* ubi ſubjicit, *qui feudum ab imperio receperat, nec ipſi integrum erat, ut militaret, annuatim pendebat quinq; de uno modio frumenti, nullo prorſus exemto, ne quidem morbi aut ſenectutis habita ratione.*

Definitio.

Scutagium.

Heerſteuer ꝛc.

 *XIII.* Idio-

## §. XIII.

Saxon. Idiomate die Farth lösen.

Idiomate Saxonico præſtare Hoſtenditias idem dicit, als die Farth löſen / Lehn-R. *cap. 4.* Der Mann iſt mit dem Herrn zu gehen ſchuldig / oder muß die Farth löſen mit dem zehenden Pfund/ den er jährlich von ihm hat / Schneidew. *p. 5. num. 114.* Leiſer. *de Jur. Georg. c. 9.*

## §. XIV.

Quando Vaſallis licuerit, pecuniam pro ſervitiis dare.

Ex his patet, quod Vaſalli nonnunquam nummis & pecunia hanc obſequii ſpeciem redimere potuerint; Illi quoque qui bona cum gratia & voluntate Domini domi remanſerunt, ad legendos & alendos illorum loco alios milites promiſſa ſtipendia exſolvunt. vid. Frider. à Sand. *Comment. in Conſuet. Geldr. Feudal. Tr. 2. tit. 1. §. 2. n. 13.* Atque hoc caſu nomine Hoſtenditiarum venit pro opera pecuniæ præſtatio. Strauch. *d. Diſp. §. 40.*

## §. XV.

In Regno Neapolit. hoc receptum.

In Regno Neapolitano idem receptum eſſe, ut loco ſervitii perſonalis pecunia ſurrogetur, teſtatur Paris de Puteo *de V. S.* verb. *Adoha. & Amæd. à Ponte qu. Laudem. qu. 2. ubi n. 2.* ait, hanc præſtationem ſurrogatam dici *Servitium Burſale*, à Burſa, quod crumenam ſeu marſupium ſignificat, quaſi aus dem Beutel dienen / vid. Limn. *de J. P. lib. 7. c. 1. n. 75.* Sic Burſam uſurpat Bleſenſ. *Ep. 74.* vid. Carol. du Freſne *h. v. græc.* *βόρσα Corium.* Barth. *adv. l. 43. cap. 40. cit.* Beſold. *in Theſ. Pract. lit. b. n. 121.*

vocatur ſervit. Burſale.

## §. XVI.

Diſpoſitio tx. de fructibus.

In textu feudali antea allegato diſponitur, ut Vaſalli, qui cum Domino non vadunt, fructuum partem exſolvant, v. g. in Lombardia de modio 12. in Teutonica terra tertiam partem fructuum, facta computatione fructuum ſolummodo ejus anni, quo hoſtem (i. e. exercitus ſervitium) faciunt. Prout ergo fructus illius anni naſcuntur, ita penduntur, nec meliores, nec deteriores, & quidem in parte tertia. Ex conſtitutio-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0038-9

ſtitutione Friderici dimidia portio illius anni, quo hoſtis faciendus, ſeu quo in exercitum itio paranda erat, indicta fuit, ut ex *2. Feud. 55. cap. firmiter.* colligere licet, quamvis mirè variatum fuerit; In Caroli III. Craſſi ſupra nominati Conſtit. de Expedit. Roman. *§. 6.* totus fructus illius anni expoſcitur. Et vetus quidam Autor *de Benefic. c. 13.* ſcribit: *Ibunt illuc & alii omnes Imperialia beneficia habentes, quisque cum Domino ſuo, niſi talento decimo iter redimat, quod annuatim à Domino ſuo habuerat:* quibus cum conveniunt verba des Sächſ. Lehn-Rechts *ex cap. 4. §. præced. 13.* alleg. Schneidw. *d. p. n. 114.* Friderici. Caroli. Jus Feud. Sax.

## *§. XVII.*

Hoc modo ſuperiori ætate vires totius imperii fuerunt æſtimatæ, ſind in einen Anſchlag gebracht worden / ita ut certa & determinata quantitas Statuum cuilibet fuerit aſſignata, prout conſtat *ex Rec. Imp. de Anno 1521. §.* Auch haben uns Chur-Fürſten *& R. I.* in Nürnberg *de Anno 1622. in princ.* Imputantur autem pro unoquoque equite duodecim floreni, & pro pedite 4. floreni. Limn. *l. 2. c. 4. & lib. 4. c. 7.* & in addit. ubi in Schemate rem exhibet atque exponit: Leiſ. *cit. loc.* à quâ præſtatione nec Eccleſiæ, nec Eccleſiaſticæ Perſonæ immunitatem habent. *jx. §. 5. d. Conſtit. Carolin. 2. Feud. 52. & 55. §. firmiter. junct. l. 2. C. quib. munerib. & l. 10. cum ſeq. C. de SS. Eccleſ.* Imo nec regiæ domus ab Angariis & Parangariis erant exemtæ. *l. 21. C. de curſ. publ. l. un. C. ut nem. liceat in empt.* Harprecht. *Conſ. 48. n. 21.* Modus æſtim. in Imper. Pro equite 12. floreni. & pedite 4.

## *§. XVIII.*

Hæc exempla hactenus relata pertinent ad adærationem legis, ut cap. 2. §. 2. innui, quo omnia feuda referri poſſunt, quibus ab initio certa pecuniæ penſionis quantitas ex more regionis ſive ditionis ſervitiorum vice injungi ſolet; qualia in Regno Neapolitano dari paulò antè notavimus, Burſalia voctata ex Amædei de Ponte *quæſt. Laudem. qu. 2. n. 2.* Talia ſimiliter in Regno Siciliæ reperiri teſtis eſt Andr. de Iſern. *ſupr. d. l.* Præcedentia exempla ad adærat. legal. pertineut. Qualia etiam ſunt in regno Siciliæ.

*d. l. relat.* & ex eo Borrin. *tr. de Cavalcata. p. 3. cap. 3.* cui add. Kohl. *de ſervit. p. 6. n. 54. & 58.*

§. *XIX.*

De conventionalib. ſubdiviſio.

In convent. ab initio

Quod ad conventionalia attinet, poteſt pactum iniri, vel ſtatim ab initio, vel ex poſtfacto, ut jam ſupra not. Ab initio, ſi in literis Inveſtituræ poſita aut expreſſa ſit penſio, ſeu pecuniæ quantum. Dn. D. Hildebrand Facultatis Jurid. h. t. Decanus ſpectatiſſimus *in Diſp. de Denegat. ſervit. cap. 2. §. 14.* Kohl. *d. l.* ubi movet quæſtionem, num in ejusmodi feudo poſſint præter penſionem etiam ſervitia in natura exigi? & reſpondet, ſi tanta ſit penſio, quæ æſtimationi ſervitii, quoties opus eſt, præſtandi congruere, ſeu non multum ab eâ recedere videatur, præſumatur id tacitè inter contrahentes actum eſſe, ut ſervitia perſonalia debeant ceſſare, quamvis enim aliàs in contractu feudi tacitè cenſeatur actum, ut ſervitium, quod eſt de natura feudi, perſonaliter præſtetur; Illa tamen præſumtio ex natura feudi elicita cedit fortiori præſumtioni, quæ colligitur ex quantitate penſionis pro feudo conventæ, quia non eſt veroſimile, Dominum cum Vaſallo tàm iniquè agere voluiſſe, ut ad duplum ejus, quod ex parte Vaſalli alioquin pro feudo præſtari ſolet, eundem adſtringeret, nec Vaſallus credi poteſt in tàm duram & iniquam conditionem ſe obligaſſe, arg. *l. 25. verſ. qui enim. ff. de Prob. l. navis onuſtæ. 4. §. cum autem. 2. ff. ad L. Rhod. de Pact.* Kohl. *d. l. n. 59.*

An præter pecuniam etiam ſervitia in natura exigi queant?

§. *XX.*

Et ex poſtfacto.

Feudi natura poſcit ſervitia perſonalia.

Aliud pro alio non poteſt exigi.

Ex poſtfacto contingit adæratio in feudo ordinario & regulari, cujus debitum conſiſtit in ſervitiorum exhibitione, in quo Domino non licet Vaſallum ad ſolutionem æris adſtringere, cum per Regulam nemo aliud pro alio ſolvere ſit compellendus *§. 33. verſ. præterea. Inſt. de Action.* ibique Dd. Declarat hoc eleganter Matthias de Afflictis *ſuper 2. Feud. 10. de grad. ſucc. in Feud. rubr. quis dicatur Dux Comes & Marchio &c. n. 27. p. 314. verſ. ulterius ſcias. Feudatarius*, (inquiens) *poteſt dicere*

*cere Domino Regi tempore guerræ nolo ſolvere Adoham, ſed volo ſervire perſonaliter pro ipſo feudo militari ad meas expenſas tribus menſibus, tunc non poteſt rex dicere, volo, quod ſolvas, & è converſo, ſi Rex velit, quod Vaſallus ſerviat perſonaliter, & ille vult ſolvere in pecunia dicta Adoham, non poteſt compelli Rex, ut recipiat pecuniam, ſed tenetur omnino ſervire perſonaliter. l.2. §. 1. ff. ſi cert. pet. & Vaſallus habens feudum militare, ſerviet tantum tribus menſibus, ita quod ipſis finitis non militabit expenſis ſuis, ſed expenſis Regis.*

## §. *XXI.*

Supra jam monuimus, quod pecunia difficilius ſolvatur, quam in perſona miniſterium præbeatur. Veluti igitur Vaſallus ſe non poteſt redimere à ſervitiis militaribus invito Domino, etiam ſi duplum æſtimationis offerat; ita nec Dominus viciſſim poterit nummos pro perſonali opera exigere, quia correlativitatis reſpectu ambo ad paria judicantur *2. F. 6. fin.* Quin tamen utriusque conſenſu aliud poſſit conveniri, nemo inficias ibit, cum quilibet ſuo juri renunciare valeat, *l. pen. C. de pact.* Kohl. *p. 6. n. 16.* Quæ conventio bifariam fieri poteſt, (1.) ut pro ſervitiis certa ſumma exſolvatur, quotiescunque ſervitii hujus & aliorum convaſallorum Dominus opus habebit, *c. Imperialem. §. firmiter. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. c. 1. verſ. Ut autem. de allod. 2. Feud. 54. c. 1. §. ſimiliter de Capit. Conrad. 2. Feud. 40.* vel (2.) ut quotannis penſionem præſtet; Id enim tempus conventione partium diſtinctum derogat incerto tempori, quod alioquin contractui Feudali quoad ſervitiorum præſtationem ineſſe dignoſcitur, *l. nec ex prætorio. 27. ff. de R. J. Cap. contractus. eod. in 6to.*

Pecunia difficilius ſolvitur.

Pacto tamen fieri poteſt,

Duplici modo, 1.)

2.)

## §. *XXII.*

Pecuniariam præſtationem aliquando imperat lex neceſſitatis, ut puta, ſi Vaſallus ipſe ſit impeditus comitari Dominum ad bellum. Iſern. *in dict. §. firmiter.* Nec ſubſtitutum acceptabilem mittere detur, tunc ſane nulla alia poterit

Aliquando neceſſitas pecuniam exigit,

ratione ſuo debito defungi, quam pecuniam adnumerando, pro qua alius idoneior poſſit conduci, per tradita Afflict. poſt Iſern. *d. §. firmiter. n. 6.* & poſt hos Kohl. ſæpe allegat. *d. p. 6. n. 53.* Borrin. *laud. tr. p. 3. c. 3.* Idem ſentiendum arbitror, ſi favor & intereſſe publicum pecuniam magis, quam ſervitia requirat, Borrin. & Kohl. *dict. loc.* Hoc modo Potentiſſimus Rex Daniæ Anno 1700. Holſatiam armata manu invadens adærationem i. e. pecuniariam exſolutionem loco ſervitiorum Vaſallis ſuis injunxiſſe legitur *in Theatr. Europ. P. 15. p. 754.*

Ut & favor public.

Exemplum Regis Daniæ.

## §. XXIII.

Quid juris in feudis tenuibus?

In feudis exiguis, quæ quartam v. g. partem equi ſuſtinent, præſtatio in natura non erit expedita, commodius proinde pecunia ſolvetur ſecundum proportionem ſervitii quartæ partis equi, niſi plures ſint conſimilis oneris tenuioris, tunc enim conjungere operam tenentur, collectisque nummis integrum equum cum milite armis inſtructo exhibere, ut ſupra notavimus: addat. Borrin. *p. 3. c. 2. §. 2. verb. Adoha.* Sed & alia ratione in feudis hujusmodi tenuioris ſortis, ſi ſervitium militare nimis grave ſit, commoditatemque exinde percipiendam longe ſuperet, iniquitatis inæqualitatisve evitandæ cauſa pecuniam loco ſervitii Vaſallo licebit ad quantitatem redituum beneficii contribuere. arg. *l. Si Domus. 71. §. qui confitetur. 3. ff. de leg. 1. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12. verſ. ſed hæ. ff. de condict. indeb. c. 1. §. ut autem. de allod. 2. F. 54.* Menoch. *de A. J. Q. l. 2. caſ. 214. n. 6.* Roſenth. *c. 8. concl. 15.* Kohl. *p. 1. n. 104.*

## §. XXIV.

De taxationis ratione ſive modo.

Modus quantitatis adærationis ſive pecuniariæ redemtionis regulandus eſt non ſecundum feudi totius emolumenta, ſed ſervitiorum præſtandorum conditionem, ut quantâ pecunia miles inſtructus comparari queat, tanta conferatur. Hæc enim præſens æſtimatio *ſine* alia eſt, quam illa, de qua ſupra hoc cap. egimus. Propterea ratio ineunda cum ſumptibus, quantos Vaſallum facere oporteat, an omnes, an pro parte? & quo-

usque

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0042-1

uſque Dominus concurrat? Secundum ea, quæ ſupra propoſui de ſumptibus *cap.1. §.16.* Borrin. *p.3. cap.2. §.2.* ubi ſcribit: *ſecundum valorem operarum indici Adoham ſeu ſubſidium charitativum pro perſonali:* adcitatis Bald. *in l. 1. in fin. C. de Bon. libert.* Boer. *Deciſ. 126. n. 2.* exemplumque recenſet ſolutionis 10. Ducatorum pro quolibet menſe, quia tanti *ſumptuum militarium* ratio eſſe noſcebatur, quod confirmat Gunth. Ligur. *l. 8. verſ. 608. ſeq. verb. redimatque ſuum mercede laborem.* Sed & Regionis & loci conſuetudo, aut priora exempla & præjudicia attendenda. *l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua. 20. verſ. ea enim ff. de Ædil. Edict. l. Domini. 5. C. de Agricol. & Cenſitis. lib. II.* Kohl. *p. 6. n. 61.* Plurimum tandem tribuendum erit boni viri arbitrio, qui oneris præſtandi qualitatibus & circumſtantiis omnibus & ſingulis probè examinatis ponderatisve æſtimet, quantum æris pro re nata Vaſallus debeat contribuere, *arg. l. Mævia. 13. §. uxore. 1. ff. de legat. III. junct. l. ejus artif. 16. in fin. ff. de Oper. libert. fac. l. ſi ſocietatem. 6. pro ſocio. & l. hæc venditio. 7. ff. de contrah. empt.* Coler. *de proceſſ. execut. p. 1. c. 9. n. 87.* Kohl. *d. p. 6. n. 63.*

## §. *XXV.*

Si feudi conditio ita ſit comparata, ut habeat, vel conventione, vel lege, alternativam, h. e. alterutrius offerendi facultatem, nempe ſervitia perſonæ, vel pecuniam, quæri tùm ſolet, penes quem ſtet electio? Utrum apud Dominum, an vero apud Vaſallum? Bald. in *tit. de Allod.* exiſtimavit, quodſi ex perſonæ præſentia & miniſterio ipſius Vaſalli ingens emolumentum Domino poſſit accedere, ipſum tunc præſto eſſe, & perſonaliter ſervire debere, extra hunc eventum in Vaſalli arbitrio poſitum eſſe, utrum facere voluerit, h. e. an ſervire, vel ſubſtitutum mittere, aut fructus ſubminiſtrare, juxta text. *2. Feud. 55. §. firmiter.* Matth. de Afflict. *deciſ. 252. n. 2. deciſ. 265. n. 51.* Alii Domino electionem tribuunt indiſtinctè, quod probat in caſu neceſſitatis Boër. *Deciſ. 126. n. 2.* Communis autem

De præſtatione alternativa.

Dd. diſtinct.

 tem

Regulariter Vaſalli eſt electio.

tem ſententia eſt, Vaſalli eſſe arbitrio relinquendum, juxta naturam alternativitatis, quæ tribuit electionem debitori per *l. plerumq. 10. ff. de Jur. Dot.* Clar. *in §. feudum. qu. 22. ubi communem dicit:* Excell. Dn. D. Hildebrand. *d. Diſp.* niſi aliud ſit conventum, & in favorem Domini res ſit transacta. *l. 1. §. 6. ff. Depoſ.* Carpz. *2. 45. 1.*

## §. XXVI.

De operis Ruſticorum quæſt.

Circa operas Ruſticorum & aliorum Subditorum, ſi ex pacto pecunia illarum loco exſolvenda ſit, quæſitum legi, an ſubditus nihilominus ſuis vecturis annuum Canonem in frumento conſiſtentem ad Dominum adferre teneatur? Pro negativa facere videtur, quod vectura ſit operarum genus, quarum naturalem præſtationem pecunia redemit. Verum enim vero cum operæ ab annuo Canone toto genere differant, ſiquidem Canon ſive penſio annua præſtatur ex re, ſive utili Dominio in recognitionem ſuperioris, operæ verò ad fructus jurisdictionis ſpectant, contrarium verius exiſtimatur, uti probat Jaſ. *l. 2 n. 87. C. de Jure Emphytevt.* Joh. Köler. *de Jure Emphyt. c. 13. n. 2.*

## §. XXVII.

Qu. An Dominus ſervitia alii cedere poſſit?

Quidam affirmant.

Coronidis loco quæritur: An Dominus poſſit ſervitia alteri cedere, pecuniæ inde redigendæ gratia? Non conveniunt Dd. Barthol. à Chaſſanæ: *in Conſuetud. Burgund. Rubr. de mains mortes. 9. §. 18. n. 31.* tenet affirmativam, motus (1) *l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12. in fin. ff. de condict. indeb.* (2) Facit pro hac affirmativa; quod is, qui rem alteri locat, frui dicatur, *l. 52. §. 2. pro ſoc.* Perinde igitur erit, utrum ipſe, an per alium in ſui commodum re utatur; (3) Permittitur Creditori, cui debitor ſe ad operas obligavit, ſi iisdem non indigeat, illas pro certa mercede alteri locare. *l. 3. ff. de uſufr. legat. l. ſi libertus. 30. l. operæ. 9. in fin. ff. de oper. libert.* Beſold. *p. 5. Conſ. 189.* tantò magis igitur illud locum inveniet in ſervitiis determinatis. Hoc enim caſu Vaſallo aut Subdito nihil intererit,

ex ratione 1.) 2.) 3.)

cui

cui præſtet, Matth. Coler. *de Proc. Exec. p. 1. c. 9. n. 41.* confirmat hanc ſententiam, (4) quod jus exigendi ſervitia transeat ad hæredes. *l. 9. §. 1. ff. de Oper. Libert. l. 6. ff. eod.* & (5) quod alia jura cedi poſſint, quidni & hoc. Sed vero hisce rationibus non obſtantibus nobis aliud videtur, ideo, quia ſervitia quæſtionis potius ad operas officiales referuntur, quam ad artificiales, de quibus loquitur *l. in contrarium adducta. 26. §. 12. ff. de condict. indeb.* Deinde ſervitia hujusmodi præſtantur partim intuitu perſonæ, partim contemplatione feudi. Hinc non niſi Domino feudi, cui fides & obſequia promiſſa ſunt, exhibere ea convenit, maximè cum finis illorum ſit Domino in auxilium ſuccurrere, ex quibus patet, quod perſonæ cohæreant, & conſequenter aliis extraneis delegari vel cedi non poſſint; *arg. l. 9. §. 1. ff. de oper. Libert.* Accedit porro, quod Vaſallorum & Subditorum interſit, unum non plures habere Dominos. Anton. de Petra. *de Fideic. qu. 8.* vid. *2. Feud. 55. 2. Feud. 34.* Struv. *c. 13. aph. 1. & c. 11. aph. 7.* Tandem naturæ & regulæ repugnat, ſervitia extra locum territorii extendere, ut ſupra jam adductum. Vid. latius hæc exſequentem Kohlium *p. 2. n. 101. & multis ſeqq.* & Berlich. *deciſ. 67. n. 4.* ubi præjudicium ſubjicit de operis Ruſticorum talem in modum. Habt ihr zwey Dörffer / welche den gantzen Ackerbau eures Ritter-Guts über Winter und Sommer zu beſchicken / Heu und Grummet zu hauen/ zu machen/und einzuführen; Auch Marckt und zufällige nothdürfftige Haus- und Landſuhren/ und ſonſten andere Dienſte / und andere Arbeit auf etliche Tage im Jahr zu leiſten ſchuldig / ob ihr nun eurem Bericht nach zu Beſtellung eures Ritter-Guts / nach jetziger Zeit und Gelegenheit ſolcher Frohn und Dienſten wol entrathen könnet / ſo habet ihr dennoch gemeldete Eure Leute / wider ihren guten Willen / mit ſolchen Frohnen an andere zu weiſen / nicht fug. V. R. W.

4.) 5.) Negativa verior

Subjectis rationibus.

## §. XXVIII.

Aliud in feudo penſionario.

In feudo penſionario, vel eo, quod aliàs ita comparatum, ut

ut ab initio de certa pecuniæ ſumma ſit conventum, non eſt dubium, quin pecunia iſta à Domino aliis poſſit cedi, donari, in ſolutum dari, vel alia ratione permutari, quod etiam Jacob, *de S. Georg. de Homag. verſ. quod enim de operis cert.* admittit.

## §. XXVIII.

Num bona tributaria in Equeſtria converti queant?

Non notabilis minus, quam utilis ſeſe offert hic loci disquiſitio, num Summus Princeps bona verè contribuibilia cataſtro tributario exîmere, eaque Catalogo Equeſtri inſcribere poſſit, ut loco collectarum ſervitia militaria ab illis præſtentur? Hæc quæſtio tam ad nobiles, quam ad ignobiles ſive plebejos ſpectat, quoniam nobilium poſſeſſiones etiam in multis locis

Nobilitas per ſe immunitatem non tribuit.

cataſtro tributario ſunt obnoxiæ, cum notiſſimum ſit, nobilitatem per ſe immunitatem à Collectis non tribuere Carpz. *6. Reſp. 70. n. 19.* Idque contingit procul dubio illic locorum,

Hinc in multis locis collectantur.

ubi Vaſalli nudum Vaſallagium, **nicht allein den Lehns-Eyd** / ſed etiam ſubjectionis juramentum præſtant. Hi enim non minus ceu reliqui ſubditi ad contributionem habentur obligati, pro-

RescriptumElectorale.

ut conſtat ex Reſcripto Electoris Saxon. ad Nobiles Vinarienſes de *Anno 1610.* his verbis: **Nun haben wir gantz gerne vernommen / daß ihr aus unterthäniger Zuneigung zu Ew. jungen Herrſchafft euch einer** contribution **von Euren Ritter-Gütern / neben denen Städten und andern Unterthanen / dem alten Gebrauch und Herkommen nach / verglichen.** Ad deciſionem au-

Ad quæſt. reſpond. diſting.

tem datæ quæſtionis quod attinet, diſtinguitur: An inter collectas & ſervitia feudalia, **dem Roß-Dienſt** / proportio ſit & æqualitas, ita ut per iſtam immutationem non fiat cuipiam injuria, aut unus præ alio adgravetur, annon? illo caſu nihil impedimento erit, quò minus Princeps converſionem talem poſſit expedire. Poſteriori verò caſu juſtè non eſt proceſſura ejusmodi translatio, niſi fiat conſenſu eorum, quorum intereſt, aut retributione damnô compenſatô, Modeſtin. Piſtor. *volum. 2. conſ. 9. num. 47.* & bene Mev. *p. 8. dec. 186.* Convenit

enim

enim bono juſtoque Principi, æqualitatem ſervare inter ſubditos. Siquidem ſubditi ultra modum & formam antiquam facere aliquid non ſunt cogendi. *arg. c. dilecti. 13. X. de Major. & obed. c. ſanè. 5. X. de Exceſs. Prælat. c. cum conſuet. 9. X. de Conſuet. l. 22. C. de agric. & cenſit.* Thom. Maul. *de Homag. tit. 9. n. 119.* Rövenſtr. Rechtl. Bedencken von Anlage/ contributionen 2c. *n. 58. & 61.* Carpz. *dec. 262.* Idcirco Principem in Provincia ſubditorum neminem poſſe eximere reſp. Pariſ. *Conſ. 70. n. 14.* ſed ſi hoc facere velit, ipſum onus in ſe ſuſcipere oportere. Carpz. *4. Reſp. 75.* Rövenſtr. *d. l. n. 270.* Brunn. *ad l. fin. C. de Stat. & imag.* quam in rem exaudiendum aureum illud Theodorici Regis apud Caſſiodorum *lib. 2. Ep. 17. Munificentiam noſtram nulli volumus extare damnoſam; ne quod alteri tribuitur, alterius diſpendiis applicetur. Nec inferri à quoquam volumus, quod alteri noſtra humanitate remiſimus; (ne, quod dictu nefas eſt) bene meriti munus innocentis contingat diſpendium.*

Æqualitas inter ſubditos ſervandæ.

Theodorici apud Caſſiodorum dictum aureum.

## §. XXX.

Hanc ſane æqualitatem, tanquam cœli dotem, laudabili inſtituto obſervatam voluit Potentiſſimus Elector Brandenburgicus, Fridericus Wilhelmus, cognomine Magnus, glorioſiſſimæ & pientiſſimæ memoriæ, poſtquam ad ductum Inſtrumenti Pacis Oſnabrugenſis ſumma rerum t. t. Archiepiſcopatus, nunc Ducatus Magdeburg. poſt beatiſſimam mortem Sereniſſimi Auguſti, Ducis Saxoniæ, Adminiſtratoris Reverendiſſimi, An. 1680. potitus fuit. Cui nempe cordi fuit inter contribuentes Ducatus æqualitatem reducere, probè pienterque recordans, non minimam converſationem ſubditorum in eô conſiſtere, ne unus præ aliô in contributione gravaretur, & hinc datis commiſſariis reviſionem cataſtri demandavit, eâ tamen cum inſtructione, ne referrent in tabulas cenſuales bona primordialiter Eccleſiaſtica, & quæ oneri Equeſtri dem Roßdienſte eſſent alligata. Huc etiam conferri poteſt Venerandi Domini Parentis mei, JCti & Senioris in Scabinatu Regio, qui

Laudatur hoc nomine Inſtitutum Smi quond. Electoris Brandenburg. Friderici Wilhelmi.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0047-9

Halæ Saxon. floret Diſput. Inaug. de Jure Cataſtri in Celeberrima Francofurtenſi an. 1674. habita.

## §. XXXI.

Conſuetudine aliquando bona oneroſa à Nobilibus acquiſita fiunt libera.

In nonnullis provinciis conſuetudine introductum eſſe legitur, veluti etiam in Palatinatu ſuperiori perhibetur, quòd bona paganica contributionibus per ſe obnoxia à Nobilibus emta ex allodiô fiant bona nobilia, adeoque ex contribuibilibus immunia, feudalium naturam induentia, prout videre eſt apud citatos ingenti numero ab Harprecht. *conſ. 48. n. 28.* qui aſſerere non dubitant, hujusmodi bona cum perſona privilegiata immutari, cataſtro collectarum eximi, ac perinde haberi, ac ſi tabulis cenſualibus nunquam fuiſſent inſcripta: & ita in plurimis tribunalibus fuiſſe pronunciatum refert Teſſaur. *deciſ. Pedemont. 234.* quibus accedit Caſpar à Lerch. *diſc. de Equeſtr. Ord. German. Cæſar. p. 170.* Quod conſuetudini tribuitur, idem etiam præſcriptioni largimur, vid. laud. Harpr. *Conſ. 53.* quia potentius præſcriptio operatur, quam conceſſio expreſſa cum alterius diſpendiô conjuncta.

Ut & Præſcriptione.

## §. XXXII.

Præter conſuetudinem hoc non probandum.

Extra conſuetudinis rationem ſententiam iſtam minus approbandam cenſeo, cum alleg. Harpr. *d. Reſp. 48. n. 30.* Res nimirum tranſit cum ſuô onere ad unumquemque poſſeſſorem, Nobilesque atque Vaſalli ratione iſtorum bonorum non conſiderantur, ut Vaſalli, ſed ut poſſeſſores bonorum paganicorum. Knich. *de pact. Inveſtit. c. 3. §. 8. ſeqq.* Hinc reſcribi ſolet. **Es ſollen unſere Steuer-Reviſores bey denen von Adel / welche neben ihren Lehn-Gütern / auch Erb-Güter beſitzen / ſich gebührend anmelden / ſolche gleichfalls in den cataſtrum bringen / und mit gewiſſen Steuer-Schocken belegen.** Nold. *de Nob. Civ. c. 11. th. 9. 8. ubi ſcribit hoc in ſpecie in Haſſiaca ordinatione eſſe ſancitum.*

CAPUT

# CAP. IV.
## DE COGNATIS QVIBVSDAM, QVÆ QVIDEM ADÆRATIO NON SVNT, SED TAMEN ALIQVANDO PERPERAM CVM ADÆRATIONE CONFVNDVNTVR.

### §. I.

Inter ejusmodi collectas extraordinarias, à qua ſecundum conſuetudinem quorundam locorum nec Vaſalli immunes reperiuntur, præcipuum locum obtinet collecta pro maritanda filia, quam Fräulein Steuer appellant. Illuſtr. Dn. Stryck. *c. 18. qu. ult.* cujus exactionem licet nonnulli improbatum eant, ut videre eſt apud Clar. *lib. 4. ſentent. §. feudum. qu. 29.* Dieter. *ad A. B. tit. 25. verſ. ſed & ſorores.* Sixtin. *de Regal. c. 14. num. 51.* Limn. *ad A. B. cap. 25. obſ. 10.* hoc fundamento innixi, quod nullo jure de hoc onere pro elocandis filiabus quicquam inveniatur conſtitutum, Chriſtianique Principis conſcientiæ magis conveniens eſſe, ut ſubditos potius levent, quam gravent oneribus; Inter licita tamen illlam numerari, multis caſibus evenire poteſt. Præter enim conſuetudinem, de qua modo dictum, pactio ſeu conventio quoque modus eam exigendi erit legitimus, prout ſæpenumero fit in comitiis Statuum ditionis, veluti de donativis vel Præſent-Geldern ante adduximus. Accedit aliquando inopia ærarii ex temporum calamitate, tunc ſanè vel pietas ſubventionem extra ordinem ſuadet ſubditis. Mund. *tr. de muner. & Honor. c. 3. n. 20.* Bocer. *loc. cit.* Mindan. *de Proceſſ. l. 7. c. 44. n. 12.* Fritſch. *d. tr. c. 8. n. 98.*

Inter extraord. numeratur die Fräulein Steuer. quæ à nonnullis improbatur. Sed rectè exigitur certis caſibus.

§. *XII.*

An hoc ad nuptiarum erogationes extendi queat, Doctorum non eadem eſt ſententia. Neg. Boër. *Deciſ. 30.* Mund. *d. l. n. 98.* Roſenth. *concl. 70. n. 1.* Alii econtra non improbant, Roſen-

An idem de ſumptibus nuptialibus dicend.

Roſenth. *d. l.* ubi ait , ſe vidiſſe etiam in hoc caſu ſubditos Principibus ſuis ſuccurriſſe; vid. Boc. *d. c. 70. n. 61.* Fritſch. *d. c. 7. num. 23.* Verum hic quoque conſuetudini & pactionibus multum tribuendum eſſe, expediti juris eſt.

§. *XIII.*

de ſumptibus Filiorum.

Quod de Filiarum elocatione dictum, locum quoque habebit in ſimilibus occaſionibus , cum Princeps v. g. Filium in militiam iturum inſtruere, vel ſtudiorum ſive peregrinationis cauſa extra patriam mittere conſtituerit animo. Imo hisce caſibus ſubditos ultrò paratos eſſe debere ad præſtationes hujusmodi neceſſarias , monet Mund. *d. c. 3. n. 106.* quos nimirum ſumma ope anniti decet, ut filii Principatuum heredes, virtutibus & ſtudiis liberalioribus, quæ ad benè ſalutariterque gubernandum populum & Rempublicam Rectorem ornant, imbuantur. Addat. Roſenth. *p. 10. ſect. 2. n. 28.* & Limn. *ſæpe cit.* ubi ſubjicit cautelam pro ſubditis contributoribus, ut nempe ſibi proſpiciant, proteſtatione interpoſita, & reverſalibus literis acceptis, ne, quod voluntarium, impoſterum convertatur in neceſſarium, quarum exarationem etiam boni Principes non facilè renuunt, ceu patet ex ſequentibus formulis.

Cautela pro ſubditis.

Formula Reverſalium.

Demnach wir unſerer getreuen Landſchafft von Prälaten / Ritterſchafft/ und Ständen/ in unſerm heutiges Tages publicirten Abſchiede die gewöhnliche Reverſales auszuantworten gnädigſt verſprochen / als gereden und verſprechen wir uns hierdurch denenſelben ſamt und ſonders / daß dieſe ihre allerſeits unterthänige Bewilligung und treuhertzige wolgemeinte Gutwilligkeit ihnen / auch ihren Erben und Nachkommen / zu keiner Erbpflicht / verfänglichen Neuerung oder Nachtheil ihrer wol hergebrachten Gerechtſame gereichen und gedeyen ſoll; Sondern wir ſeynd vielmehr des gnädigſten Erbietens / ſie bey ihren Gerechtigkeiten und Freyheiten gnädigſt zu ſchützen und zu handhaben / ingleichen die jetzo unterthänigſt verwilligten Steuren zu keinem andern Ende/ als worzu ſie eigentlich gewidmet/ und angeſetzet zu gebrauchen / zu Urkund ꝛc. In locis ubi feuda

Lehn- und Ritter-Güter collectationi certo modo ſubſunt, inſeritur quoque interdum: Noch hierdurch denen Erb- und Bauer-Gütern gleich geachtet werden ſollen / Decantatiſſimæ ſunt Reverſales, welche ein gewiſſer hoher Stand des Reichs in An. 1670. ſeinen Landſtänden ertheilet/ quarum tenor hic eſt.

Als haben wir ſolche ihre getreue Gutwilligkeit zu ſondern gnädigſten Gefallen auf- und angenommen/ und dieweil unſer Gemüthe und Meynung gar nicht iſt/ daß dieſe und dergleichen Gutwilligkeit gemeldeter unſerer getreuen Landſchafft zu einigem Nachtheil oder ſchädlichen Einführung gereichen ſoll/ ſo thun wir vor uns/ und unſere allerſeits Erben und Nachkommen / Krafft dieſes unſers Brieffs zu ſagen und verſprechen / daß wir uns obberührter bewilligter Hülffe/ nicht vor Recht noch Pflicht / oder als erblich anmaßen wollen / daß auch ſolche ihre Bewilligung ihnen und ihren Nachkommen an allen ihren Privilegien/ Verſchreibungen/ Ubungen und Gewohnheiten/ welche wir hiermit nochmals beſtättigen/ und denenſelben auch allen von unſern löblichen Vorfahren ertheilten Reverſalien und ergangenen Landtags-Handelungen / Reſolutionen / Landtags-Abſchieden / und beſchehenen Verſicherungen in allen Puncten und Clauſuln nachzuleben/ verſprechen/ gar keinen Schaden/ Verminderung oder Abbruch gebehren und bringen ſolle / ſondern wir und unſere Erben und Nachkommen ſollen und wollen mitler Zeit / und ſo lange dieſe Steuer ſtehet / auch ſonſten und nach Endung derſelben / auſſer ihren freyen gutwilligen Beliebung und ohne ſonderliche hochdringende Landes-Noth hinfürter zu keiner Zeit keine Hülffe/ Steuer/ oder einige andere Auflage auf unſere Landſchafft legen/ viel weniger ein mehrers an Land/ Tranck/ oder andern Steuren/ noch auch Verpflegungs-Geldern/ der Guarniſonen / oder andern/ wie ſolches Nahmen haben mag/ ausſchreiben/ als wie es bewilliget/ oder der Abſchied vermag/ auch ſolches zu andern/ als denen von unſerer getreuen Landſchafft beniemten Friſten nicht einbringen laſſen / am allerwenigſten aber durch militariſche oder andere Execution das jenige/ was nicht bewilliget/ einzu-

 treiben/

treiben/ uns von einigen Menſchen bewegen laſſen / und ob ſolches von ihnen abgeſchlagen würde / oder ſie ſich darzu nicht verſtehen wolten/ ſo ſollen ſie darmit wider ihren Eyd und Pflicht nicht gehandelt haben/ noch ihnen oder denen Ihrigen zu einiger Ungnade gereichen. Zu Urkund ꝛc. quanquam nec his acceptis ſemper ſint ſecuri, ut experientia doctus ſubjicit Limn. *cit. loc.*

Limnæi nota.

## §. XIV.

Vaſalli tenentur Dominum captivum redimere.

Magis proprium Vaſallis onus eſt, illa obligatio, quâ tenentur Dominum captivitate adſtrictum pecunia ſua redimere. Tametſi enim Vaſallus non niſi ad perſonalia auxilia ex feudi natura ſit obligatus. *§. licet. ſi de feud. 2. f. 26.* & Dominus magis propriâ, quam Clientis ſui pecunia debeat liberari. Boër. *deciſ. 28. n. 8.* Schneidvv. *p. 8. c. 1. n. 80.* Nihilominus tamen, Domini facultatibus non ſufficientibus, id oneris Vaſallum ſubire oportere, communiter tenent Feudiſtæ. *Speculat. d. t. de Feud. §. quoniam. Jacobin. de S. Georg. ver. qui quidem inveſtit. n. 77. Afflict. deciſ. 265. n. 54.* Roſenth. *c. 5. concl. 76. n. 5. Idque probatur per text. §. item ſi delator. tit. quæ fuit cauſ. benef. amitt.* quo generaliter disponitur, Vaſallum teneri liberare Dominum ſi poſſit, *fac. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt.* Kohl. *d. tr. p. 4. n. 42. & ſeq. ubi reſpondet ad §. licet.*

## §. XV.

Ad ſimilia refertur etiam Corredum.

Similibus præterea adjungimus Corredum ſeu Corredum, quod denotat impenſam, quam pro victu aliisque neceſſariis præſtare habent Vaſalli Dominis per illorum terras iter facientibus, quæ etiam *procuratio* dicitur. Borrin. *tr. ſæpe laud. p. 4. §. 1.* ad exemplum procurationis Canonicæ, quâ Eccleſia vel monaſterium viſitatoribus ſuppeditare tenetur alimenta itinerumque requiſita, de qua peculiarem ſcripſit Diſputat. Excell. DD. Spitz. Utitur hac voce eodem ſignificatu *Carol. du Fresne, adducto Diplomate Ludovici VII. Regis Franciæ Anno 1157. ap. Hemereum de Acad. Pariſ. c. 3. ex M. Paſtorali lib. 19. ch. 48. ibi: ubi nec noſtro nec aliornm tempore quadam convivia, quæ vulgo*

Seu Procuratio

*vulgo Correde vel Giſte vocantur, in villis prænominatis exigere vel quærere liceat?* Juris Feudalis interpretibus dicitur Servitium, quod impenditur pro ſumptibus Imperatoris & Domini transeuntis per loca Vaſalli. *Speculat. tit. de feud. §. quoniam n. 67.* Jacob. de S. Georg. *in Inveſtit. verb. qui quidem n. 75.* Guid. Papæ *Deciſ. 57.* citati à Borrin. *d. p. 4. §. 1.* definitio.

§. *XVI.*

Hæc Domini tanquam Hoſpitis receptio alias inter munera patrimonialia refertur. *l. 3. §. melius. ff. de muner. & honor. l. 3. C. de Muner. patrimon. lib. 10.* ad Vaſallum tamen illam quoque pertinere non dubitatur, quo nomine inter ſervitia realia, quæ extra bellum fiunt, recenſentur, veluti peculiariter conſtitutum eſſe in Regno Neapolitano tradit *Afflict. Deciſ. 265. in fin.* & generaliter probat Iſern. *in tit. quæ ſint regal. n. 54.* verb. Extraordinario collatio, præſertim, quando ex cauſa neceſſaria vel utili profectio inſtituitur. Conf. *tit. C. de Metatis & Epidemeticis. tit. de Salgamo hoſpit. non præſt. & tit. de erog. milit. Ann. l. 12. add. d. Diſp.* Excell. Dn. Spizii *cap. 1. th. 5. n. 2.* De Jure Civili ad patrimon. munera ſpectat. de Jure Feudali & realia.

*§. XVII.*

Operæ tandem Ruſticorum die Herrendienſte und Scharwercke der Unterthanen magnam etiam convenientiam habent cum ſervitiis Vaſalliticis. Idcirco non inutilem fore diſſertationem: An â Domino loco illarum pecunia exigi queat? arbitror. Diſtinguendum eſſe cum Doctoribus cenſeo, inter præteritas & futuras. Illarum, cum præſtatio in natura impoſſibilis ſit, æſtimatio rectè admittetur, veluti tradit Jacobin. de S. Georg. *d. l. n. 20.* Chaſſan. *in Conſuet. Burgund. dict. rubr. 9. §. 18. n. 33.* ubi reſtringit ad caſum, ſi fuerint neceſſariæ, & tempore debito exactæ, à ſubditis autem recuſatæ: *Alias vero* (inquit) *ſi aliquis haberet ducentos homines, debentes ſibi corveas, & ſufficiant ei centum corveæ, non poteſt petere ab aliis æſtimationem illarum, ſed tantum debet illos reſervare inſequenti anno ad ſublevandum & ſupportandum alios, qui anno praecedenti* Inter Similia referuntur tandem operæ Ruſticorum. Num & hæ in pecuniam converti queant, Qu. Diſt. Inter præteritas Chaſan. ſententia

*denti fecerant corveas.* Et ita judicatum fuiſſe ſubjicit in Curia Parlamenti Burgundiæ, anno Domini 1507. pro hominib. de Brangiis, contra Dominum dicti loci. Nam operæ non aliter debentur, niſi pro neceſſitate Domini, ſi Dominus indigeat, & operari faciat, & pro menſura ſeu qualitate rei requirentis operam, & non alias.

Conſtitutio Bavarica

Concordat cum his Conſtitutio Bavarica im Land-Recht / *tit. 22. art. 8.* verb. Die jenigen Scharwercker / welche ein Unterthan leiſten ſollen / aber ungehorſamlich ausgeblieben / die können wohl zu Gelde angeſchlagen werden / nach beliebiger Schatzung / wann eine Herrſchafft deſſen entgolten / daß der Unterthan die Scharwercker nicht geleiſtet hat. Quod ſi verò unus vel alter emanſerit, operæ autem per alios conſubditos peractæ, ut Dominus hoc modo indemnis ſit, æquum eſt retributionem illis, qui præſtiterunt fieri, juxta *laudat. Conſtit. provinc. cit. loc. ibi:* Hätte aber die Herrſchafft des Unterthanen Auſſenbleibens nicht entgolten / ſondern es wären die Scharwercke dennoch durch andere verrichtet worden / ſo ſolle der ausgebliebene Unterthan ſich mit denenſelben andern Unterthanen / ſo viel ſein Theil an den verſaumten Scharwercke mag geſchätzt werden / vergleichen / doch ſoll die Herrſchafft ihn weiters nicht ſtraffen / er wäre dann aus fürſetzlichen Ungehorſam ausgeblieben. Hæc de præteritis.

& futuras.

Futuras operas quod attinet, converſio in pecuniam non aliter procedet, niſi ſubditorum conſenſu.

Transactio Bavarica.

Hoc modo in Bavaria Anno 1666. per deputatos cum ſubditis nomine Sereniſſimi actum fuit, ut operarum vice impoſterum pecunias præſtarent pro arbitratu boni viri, nimirum pro diverſitate locorum, agrorum & aliarum circumſtantiarum. Die Unterthanen ſollen das Jahr zu zweyen unterſchiedenen Zeiten / als Liechtmeß und Martini / jedesmal die Helfte bezahlen. Conf. *Conſt. laud. verb.* Wann die Herrſchaft und Unterthanen ſich deshalb gütlich vergleichen / ſo bleibet es bey ſolchem Vergleich und Geding. Pacto ad certum tempus reſtricto, utrique parti liberum poſteà erit priſtinam formam & naturam repetere. *l. 1. §. Editiones. 2. ff. de*

*Eden-*

*Edendo l. 1. §. 3. ff. de V. O. Avth. quæ ſuppl. C. de Precil. Imp. off. Mantic. de Tacit. & ambig. convent. l. 3. tit. 15. n. 51.*

## §. XVIII.

Præter caſum contractus interpretes admittunt etiam caſum neceſſitatis, ut tunc quoque operarum exhibitio in pecuniam convertatur ſecundum æqualitatem & proportionem ſervitiorum. *l. 39. §. 1. ff. de Oper. Libert. Sixtin. de Regal. 2. 13. 76. Huſan. de Hom. propr. c. 6. n. 76.* Schepliz. *Conſuetud. Brandenb. p. 4. tit. 11. §. 3.* Idem dicendum volunt, ſi Dominus degat in loco remoto, ut operis commodè uti nequeat, vel in loco Domicilii ſui ſufficientes habeat. *l. 25. §. 1. ſeqq. ff. d. t.* Knich. *de Inveſt. pact. p. 2. c. 3. n. 70.* Beſold. *p. 4. Conſ. 189. n. 17.* Brunn. *ad l. 1. n. 3. C. de oper. libert.* Balthaſ. *de Oper. ſubdit. cap. 16. p. 380.* Carpz. *lib. 1. Reſp. 52. n. 4.* Extra urgentem neceſſitatem pecunia non juſtè exigitur. *l. 2. pr. ff. ſi cert. pet. l. Paulus 101. de ſolut.* quia ruſticis plerumque difficilius eſt pecuniam ſolvere, quam operas præſtare. *l. 23. §. ult. ff. d. t.* cum quo conſentit ſæpius memor. *Conſt. Bavar. cit. tit. art. 8.* **Kein Herꝛ iſt befugt/ von einen oder etlichen Unterthanen das Scharwerck-Geld zu begehren. It. Daß die Unterthanen hierzu nicht gezwungen werden.**

In caſu neceſſitatis.

Et al.

Extra quos ſubditi ad pecuniam non compellendi.

Juxta Conſtit. Provinc.

# Cap. V.

## PROPONIT EFFECTVM ET QVIBVS MEDIIS DOMINVS JVS SVVM CONSEQVITVR.

## §. I.

Ex ſupra dictis conſtat, quod Dominus feudi Vaſallum ſuum habeat obligatum per Regulam ad ſervitia perſonaliter exhibenda: In noſtræ Diſputationis vero themate ad adærationem ſeu præſtationem in ære. Cumque jura ipſius duplici modo poſſint conſiderari, vel circa poſſeſſionem, vel circa jus ipſum; hinc oriuntur etiam Domino Duplicis generis actiones

Effectus conſiſtit in obligatione

Ad adærationem

& reſultantib. inde remediis poſſeſſoriis tàm retinendæ,

nes & remedia, poſſeſſoria nimirum, & petitoria. Ad illa pertinet interdictum, *vel retinendæ poſſeſſionis*, uti poſſidetis, adverſus ipſum Vaſallum, ſi Dominum in ſua quaſi poſſeſſione turbare, quæſtionem movere, aut æris præſtationem detrectare audeat, arg. *§. 4. Inſt. de Interd.* Roſenth. *c. 6. concl. 79. n. 2. & concl. 81. n. 6.* Struv. *cap. 16. aph. 2. n. 1. ubi allegat plures.* Idem erit, ſi extraneus vel tertius ipſum impediat ſuo jure uti, quod eidem competit in perceptione pecuniæ, penſionis vel collectarum. Anton. *Diſp. 13. Th. 5. lit. b. Vel recuperandæ, Unde vi*, Vaſallo vel alio Dominum vi poſſeſſione ſua vel quaſi perceptionis ſolita dejiciente aut ſpoliante. *per c. redindegranda. c. 3. qu. 1.* Roſenth. *c. 10. concl. 12. n. 51.* Anton. *dict. loc. lit. c.*

quam recuperandæ.

## §. II.

Et petitoriis

Ad petitoria remedia referuntur actiones ex ipſo contractu feudali, vel alio, quo promiſſa fuit adæratio. Struv. *d. l. n. 5. Duaren. de feud. c. 29. n. 1.* Aliquando etiam interponitur contractus innominatus. Sed & utilis confeſſoria locum habebit, qua ſibi penſionem certam deberi declarari, Vaſallumque ad ejusdem illationem condemnari petit. Paul. Berens *Diſput. Feud. 9. n. 30. ſeq.* Excell. Dn. Dr. Hildebr. Decanus h. t. *ſpectatiſſimus. d. D.*

## §. III.

Nec non pœnalibus

Ad privatoria tandem fit proceſſus, ſi denegatio debitæ præſtationis Vaſalli ſit frivola & doloſa *2. feud. 24. §. 2. 1. feud. 21. 2. feud. 28. §. 1. 2. feud. 55. §. 1.* Struv. *cap. 15. aph. 9. n. 1.* Licet namque textus allegati de ſervitiorum denegatione loquantur, & natura feudalis hoc ſecum ferat: quin tamen ad adærationis caſum eadem jura applicationem admittant, nemo in dubium vocaverit. Sicuti enim Vaſallus privatur feudo ob inſignem ingratitudinem & contemtum, negligendo temere id, ob quod beneficium accepit. *2. f. 23. in fin.* Simili modo pro magna ingratitudine illi poterit imputari, ſi pecuniam loco ſervitiorum debitam protervè recuſare præſumſerit. Struv. *d l. n. 2.*

An

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0074-9

## §. IV.

An hujusmodi remedia locum etiam ſibi vindicent in Vaſallis Imperii præſtationes matriculares denegantibus? quæritur: & affirmatur ob paritatem rationis, quia nihil peculiariter ratione illorum reperitur conſtitutum. *1. f. 5. 13. 17. & 2. f. 23. 24. & 27.* Carpz. *de regal. th. 123.* Sixtin. *eod. tract. l. 1. c. 6. n. 67.* Sinold. Schutz *de Stat. Rei Rom. vol. 1. ex. 6. th. 30. f.* Utrum autem cauſæ cognitionem Imperator ſolus ſuſcipere valeat, an conſilium Parium ſeu Principum das Fürſten-Recht adhibere debeat, tractat latè cum allegatis Dn. Schvved. *Introd. Jur. Publ. p. ſpec. ſect. 1. c. 9. n. 11. ſeqq.*

De Vaſallis Imperii.

Ad quem h. c. cauſæ cognit. ſpectet

## §. V.

In cœteris præterea præſtationibus, quas ſimiles noſtræ adærationi quodammodo diximus, quales erant collectæ voluntariæ, aliæque extraordinariæ, & precariæ ſubventiones, locum etiam habent certa exigendi remedia erga refractarios & conferre renuentes. Qualia ſunt: Pignorum captio, eorumque legitima diſtractio. *l. 1. & 2. C. de cap. & diſtrah. pign. tribut. cauſ. l. f. C. ſi propter publ. penſ. fruct. ſequeſtratio.* Gail. *l. 2. ob. 52. n. 20.* Mulctæ irrogatio, & aliquando incarceratio, *l. 2. C. de Exact. trib.* Videmus etiam haud rarò mitti executores, qui per manum militarem ſolutionem à reluctantibus & retardantibus extorqueant, *l. 1. C. de Offic. Præfect. Auguſt.* ibique Brunn. vid. Klock. *de contribut. cap. 18. n. 49. ſeqq.* & Carpz. *l. 4. Reſp. 78.* Bocer. *de collect. c. 13. n. 2.* Modum procedendi contra Status Imperii collige *ex Denaiſ. Jur. Cameral. tit. contrib. Turcic. n. 3.* Blum. *Proc. Camer. Tit. 39. n. 93.*

quid obtineat in reliquis collectis.

Pignorum captio

Multa Incarceratio.

Executorum immiſſio

De modo procedendi contra Status, remiſſivè.

## §. VI.

In concurſu creditorum gaudent Principes & Superiores Jure Prælationis. Carpz. *d. l. 4. Reſp. 77. n. 18. fac. tx. in l. 1. C. ſi propter publ. penſitat.* Et hypothecæ legalis, quæ Fiſco, uti ob ordinarias, ita etiam ob extraordinarias competit. Klock. *d. c. 18. n. 13.* qua ratione omnibus aliis & anterioribus præfertur, arg. *l. 4.*

In concurſu competit Fiſco jus hypoth. privileg.

*l. 4. C. in quib. Cauſ. pign. vel hypothec. tacitè contrah. & d. l. 1. C. ſi propt. publ. penſitat.* Carpz. *modo memorat loc.* Quoad remedia ordinaria, tàm petitoria, quàm poſſeſſoria, maximam partem conveniunt cum adærationis exactione. An compenſatio locum habeat, quæſtionis eſt. Quidam affirmant, ſi eadem ſtatio viciſſim aliquid debeat. *l. 1. C. de Compenſ.* Rectius vero alii pro negativa contendunt, quia penſiones hæ ſunt ſpecies collectarum ſeu contributionum, in quibus compenſatio denegatur *per l. 46. §. 3. de Jure Fiſci & l. 3. C. de compenſat.*

An compenſationi locus. Neg.

De Remediis defenſoriis, quæ Vaſallo viciſſim jura ſua tuentur, videbimus in perluſtratione contrariorum, de quibus mox, ſequitur itaque

## *CAP.* VI.
## DE CONTRARIIS.

### §. *I.*

Contraria.

Conſideratis, quæ ad naturam adærationis conſtituendæ pertinent, conſequens erit, contemplari etiam ejus contraria & diſſentanea, quæ conſtitutæ adærationis præſtationem impediunt ſive ſubmovent. Hæc autem contingunt, 1) Ratione Domini, 2) ratione Vaſalli. 3) ratione utriusque, 4) ratione ipſius feudi. Ex parte Domini impedimentum ſuboritur, ſi bellum apertè injuſtum machinetur; hoc ſanè caſu Vaſallus neque ad ſervitia, neq; ad adærationem compelli poteſt, *2. feud. 28. pr. ibi. ſi ſciatur, quod juſtè &c. & in fin. ejusd pr. ita nec injuſtè guerram alicui facientem &c.* Mozz. *rubr. ex quib. cauſ. feud. amitt.* Nemo quippe ad malum vel injuſtè agendum directò vel per indirectum invitandus, arg. *l. 2. & l. 3. ff. t. t. ad l. Jul. de vi publ. & t. t. ff. C. & J. de injur.* quod fieret omnino, ſi Vaſallus Domino iniquè militanti ſuppetias ferret, vel ope atque pecunia illum adjuvaret; Neque enim ſcelera ulla ratione promovenda, & quæ ad turpem cauſam ſpectant, non debent in effectum

contingunt vel reſpectu Domini 1.)

ctum deduci. *l. 7. in fin. ff. de Ann. leg.* neque iſthoc caſu obediendum Domino. *l. 6. §. 3. ff. mand. l. 22. §. 6. ff. eod.* modò conſtet apertè de injuſtitia guerræ ſuſcipiendæ. *l. 33. fin. C. de decur. l. 15. C. de Excuſ. mun.* Secus ſi non conſtet, & incertum ſit, juſtumnè ſit, an injuſtum bellum, tùm enim operam ſuam non rectè detrectat Fidelis. *2. f. 28.* 2) Impedimentum accedit intuitu Domini, ſi duo pluresve de ſucceſſione inter ſe militent, nec ullus ſit in poſſeſſione, vid. Schrad. *de feud. p. 6. c. 6. n. 61.* 3) Juſtam Vaſallo præbet excuſationem Domini tardatio in tradendo ipſi feudo, vel denegando inveſtituram. arg. *l. 25. ff. de A.E.V.* 4) Si Dominus Feloniam commiſerit in Vaſallum, ut ob id proprietatem amitteret. *2. f. 26. verſ. Domino committente Feloniam.* ibique Bitſch. *add. 2. feud. 34. §. 1.* Kohl. *p. 2. n. 97.* add. Roſenth. *c. 8. concl. 14. n. 2.* Schrad. *p. 6. c. 5. n. 12.* 5) Si Dominus ſit bannitus, wenn der Lehnherr in des Kayſers und des H. R. Reichs Acht gefallen / *R. J. de Anno 1548. tit.* Die *pæn.* der Friedbrecher *d. A. 1521.* Huic annumerant quidam excommunicatum excommunicatione majori: Item Hæreticum, vel Rebellem adverſus Patriam, Regem & Imperium, vid. Schrad. *p. 6. c. 5. n. 18.*

2.) 3.) 4.) 5.)

## §. II.

Vel Vaſalli. 1.)

Vaſalli contemplatione ceſſat adærationis præſtatio (1) ob ejus paupertatem, denn wo nichts iſt / da hat der Kayſer ſein Recht verlohren. arg. *l. 4. §. 2. ff. de Mun. & honor. l. 6. §. 5. ff. de Offic. Præſ. 2. f. 24. §. 2. verb. quia non potuerit. c. 4. X. de Cenſ.* R. A. *1582.* §. Und nachdem. ibi: Indem auch die Obrigkeiten die verarmten Unterthanen mit Abforderung der Contributionen ſo viel möglich bedencken werden. Schrad. *p. 6. c. 6. n. 28.* Roſenth. *c. 8. concl. 9. n. 1.* vid. Borrin. *de Cavalcat. p 4. §. 6. verb. paupertas.* (2) Tollit adærationem Vaſalli *refutatio*, *2. feud. 38.* quæ eſt feudi in manus Domini reſignatio, qua facta ceſſat omnis obligatio. vid. Illuſtr. Stryck. *Exam. J. F. cap. 22. qu. 11. 12. 13.* Bitſch. *ad d. 2. f. 38.* 2.)

 §. III. Ra-

## §. III.

Vel utriusque, per remiſſionem expreſſam,

Ratione utriusque ceſſat adærationis exſolutio, ſi remittatur, quod contingit vel voluntate expreſſa. *cap. extraord. 76. fin.* vel tacitâ: ad expreſſam ſpectat remiſſio. *l. 3. C. de oper. Libert. l. 14. §. 1. ff. de ſervit. Nov. 78. c. 2.* Maul. *de jur. inter Dom. & Subd. tit. 4. n. 27.* Hæc tamen fieri non debet in præjudicium aut gravamen alterius, nimirum, ne hoc onus uni remiſſum accreſcat alteri ejusque conditionem adgravet, Balthaſ. *de oper. ſubd. c. 10. Injuſtè facere*, ſcribens, *Dominos, qui quosdam ſubditos ab oneribus liberos eſſe jubent, & tamen à cæteris integram præſtationem extorquere cupiunt, cum tamen ne quidem Principi in damnum ac præjudicium ſubditorum oneribus aliquem eximere licitum ſit.* arg. *l. 2. §. 10. & 16. ff. ne quid in loc. publ.* Cravett. *Conſ. 945. n. 3.* Sixtin. *de Regal. l. 2. c. 2. n. 23.* Rectè igitur procedit remiſſio, ſi ſuo damno illam faciat Dominus, aut ſua impenſa. Alexand. *Conſ. 178. vol. 2. n. 21.* Guid. Pap. *deciſ. 393. n. 3.* Boër. *deciſ. 90. n. 1.* Maul. *de Homag. tit. 9. n. 7. de qua cautione jam ſupra.*

quæ non facienda in præjudicium tertii:

## §. IV.

Et tacitam ſive præſcriptionem.

Ad tacitam refero præſcriptionem, hanc etenim Vaſallum non minus illâ ab adæratione immunem præſtare, nullus ambigo, cum taciti & expreſſi eadem ſit virtus ad obligandum, arg. *l. 6. §. 2. ff. mandat. & l. 18. Eod.* & præſcribi patiens alienare videatur. *l. 28. ff. de V. S.* Vult. *1. Conſ. Marp. 17. n. 73.* quod fieri poteſt, ſi à nonnullis exigatur, ab aliis non: Hi nimirum per tempus lege definitum non ſolventes præſcriptionem perinde ut in collectarum ſolutionibus ſibi acquirunt. Sed quid de collectis Turcicis in Imperio, num & iſtæ præſcriptione temporis immemorialis amittantur? vid. Klock. *d. tr. c. 16. Sect. 2. n. 6. & ſeq. n. 53. 78. 89.*

De collectis Turcicis quid juris? remiſſivè.

## §. V.

De operis ſubditorum quær.

Controverti præterea ſolet circa materiam præſcriptionis de operis ſubditorum, num illi ſc. qui per 30. vel 40. annos con-

continuos pretium uniformiter exſolverunt, à Domino ad præſtationem operarum in natura rurſum adigi queant? AutorDiſp. Baſil. *Tom.6. de oper. Ruſtic. concl. 28.* negativam amplexus eſt, quam & conſuetudine germaniæ receptam aſſerit, confirmans hoc præjudicio. Wo aber ihr und euer Vorfahrer ſeit dem gemeldeten Jahre und alſo in Rechts-verwehrter Zeit keine Frohn geleiſtet/ ſondern jährlich ein gewiſſes Geld darfür entrichtet/ ſo bleibt ihr nachmals bey ſolchem bisher erlegten Frohn-Geld billig / und möget mit der Hand oder Pflug zu fröhnen nicht gezwungen werden/ *cui adſtipulatur* Berl. *p. 2. concl. 6. n. 2.* Chaſſanæus *ad Conſuetud. Burgund. rubr. 9. §. 18. n. 23.* Nec videtur ſententia hæc rationibus deſtituta, ſiquidem (1) facilius quid in aliam formam transformatur, quam de novo introducitur. *Dd. §. 3. Inſt. de donat.* Atqui per præſcriptionem longiſſimi temporis fit transmutatio in novam formam. Gail. *de arreſt. c. 7. n. 17.* Maul. *de Homag. tit. 4. n. 4* Köppen *l. 1. deciſ. 13. Modeſt. Piſt. p. 1. qu. 38. n. 1.* (2) Conſtat, longiſſimi temporis decurſu omnia jura omnesque actiones præſcriptione extingui. *l. 3. & ſeqq. C. de Præſcrip. 30. l. 40. ann.* quidni & jus operarum in natura poſcendarum eo termino involveretur. Klock. *vol. 1. Conſ. 10. n. 226.* Uti enim Dominus accipiendo cenſum in certa monetæ ſpecie debitum, in alia viliori forma, ſibi præjudicat. *ſecund. cap. olim* ✕ *. de Cenſibus.* Ita ſane & is, qui tanto temporis ſpatio pecuniam loco operarum ſine contradictione accepit. Conf. *l. 5. §. fin. ff. de fidejuſſ. tut. Marſil. Singul. 77. n. 1.* Accedit (3) argumentum à ſimili decimarum, longiſſimo tempore in fructibus non exactarum, ſed loco illarum certâ pecuniâ, fructuum pretio licet non correſpondente, acceptâ; Hoc enim caſu non licere Domino Decimarum modum exigendi mutare, tradit Mev. *p. 9. deciſ. 70.* multò magis id applicationem recipiet in caſu operarum.

Præſcriptionem procedere quidam affirmant;

ex rat. ſeqq.

1.)

2.)

3.)

## §. VI.

Sed vereor, ut hæc opinio fundata ſit in jure, ſi exactius con-

Sed rectius negatur.

Ratio

conſideretur. Negativam ſuadet fortiſſimè illa ratio, quod operarum exactio ſit actus meræ voluntatis, ergo præſcriptioni regulariter non ſubjacet, prout rectè defendit Klock. *tr. de contribut. c. 2. n. 6. 7.* vid. *l. 2. ff. de via publ. cap. Abbat.* ✠. *de V. S.* & ex hac ratione ſequitur, quod nec tempore immemoriali poſſit præſcriptio procedere, Mev. *p. 4. deciſ. 13. n. 4. & deciſ. 271.* ubi notanter ſcribit: *Etſi longiſſimo tempore Ruſtici Dominis vel operas vel pecunias præſtiterunt, ex eo tamen ipſis non eſt jus negandi mutatam præſtationem, nec Dominis impedimentum alia exigendi.* Quam ſententiam egregiè confirmat ipſa natura obligationis, qualis hic non eſt æſtimatio ſive pretium, ſed ipſe actus operarum præſtationis. Eſt itaque æſtimatio tantùm in ſolutione, non autem in obligatione: Eapropter Dominus ſervitiorum loco pretium accipiens, ſibi non præjudicaſſe cenſetur, niſi aliud interveniat, quod præſcriptioni locum faciat, nempe prohibitio unius, & acquieſcentia alterius. Carpz. *p. 2. conſt. 4. def. 9. n. 1. ſequ.* Conf. Klock. *d. tr. c. 2. n. 69.* Brunn. *in l. 25. ff. de oper. libert.* ubi docet, ex hujus legis argumento poſſe colligi, ſi Dominus aliquandiu pecunias pro operis exegerit, quod poſtea nihilominus operas repetere valeat. Fulcit hoc aſſertum noſtrum *lex Provinc. Bavar. tit. 28. art. 8.* hisce formalibus. **Wie der Zehndherr mit ſeinen gebührenden Zehnden handelt / denſelben an Körnern oder an Geſtreu auf dem Felde oder ſonſten verkaufft/ verläſſt/ oder ſelbſt einfänget / darein ſoll ihm der / ſo den Zehenden zu geben ſchuldig iſt / nichts einreden / noch daran einige Verhinderung zu thun haben / ohnerachtet er vorgeben/ daß man ihm viel Jahre den Geſtreu gelaſſen/ und den Zehenden verkaufft hätte / denn hierinn keine Gewehrſchafft oder Verjährung/ wie alt die ſey/ ſoll ſtatt haben.** Hac itaque ratione, ſi ſubditi quoad operas determinatas, & præſtationem pecuniariam neque certâ aliqua conventione, transactione, pacto aut contractu, neque etiam conſuetudine ſe tueri poſſunt, habebit Dominus tàm diu fundatam intentionem pecuniarum ſolutionem

Conſtitut. Bavar. in h. ſentent.

tionem tollendi, & operarum exhibitionem in natura reaſſumendi, prout in terminis tradit Zorer. *qu. 9. n. 681.*

## §. VII.

Sequitur poſtremo ceſſatio adærationis ex conditione ipſius feudi, ſi nimirum conceſſum ſit feudum francum, ein freyes Lehn/ das keine Dienſte leiſtet. Ludvv. *Synopſ. feud. p. m. 79.* Idem dicendum de illis, quæ non præſtant ſuâ naturâ ſervitia, ſed ad penſionem annuam per ſe ſunt obligata. Differt enim magnopere præſtatio canonis ab adæratione, ceu ex ſupra jam dictis manifeſtum evadit, idque multo magis procedit in feudis ſua natura contribuibilibus, quæ collectis ſubjacent, welche denen Schocken unterworffen/nec in catalogo feudorum, aut albo Equeſtri deſcripta ſunt, welche nicht in der Ritter-Rolle zu befinden/ & ejusdem fere conditionis ſunt die Sattel-Güter/ ac fundi colonarii, cum enim Regula Juris *in t. t. C. Sine cenſ. & reliq. fund. comp. non poſſe,* in ipſa æquitate fundamentum habeant, neceſſariò ſequitur, illum, qui nec albo equeſtri eſt inſcriptus, neque ſervitia equeſtria præſtat, ordinariis contributionum oneribus, quibus cœtera membra principatus ſubjacent, eſſe obnoxium, niſi libertatem & exemtionem docere poſſit. Dn. Dr. Ockel *Avunculus meus omni honoris & pietatis cultu proſequendus in Tr. Jurid. de præſcript. immem. cap. 2. §. 39.* Similis naturæ eſſe ſentio feuda ſalinaria in Patria mea uſitata, quæ certi canonis exſolutioni ſunt expoſita. Die Saltz-Güter zu Halle ſeynd zwar meiſtentheils Mannlehn-Güter/ allein man muß an ſtatt der Ritterdienſte auf jede Fälle darvon Lehnwahre geben/ und zwar von jeder Pfannen Teudſch 3. Rheiniſche Gfl. Beſchreibung des Saltzwerckes B. D. Hohndorff. *c. 13. §. 134.* Spectare huc inſuper videntur feuda illa Weſtphalica, die Hubgüter und Churmiede/ Curmedica dicta, quando bona quædam ſub juramento fidelitatis ita conceduntur, ut, ceſſantibus ſervitiis, canon aliquis præſtetur, & Vaſallo mortuo optimum caput, das beſte Haupt/ Lind. *Exerc. feud. 1. th. 97.* Roſenth. *concl. 6. 4. c. 2.* Præſtatur interdum aliquid Domino

Vel ipſius feudi v. §. 1. ſeqq.

Veluti in feudo Franco, Penſionario,

& ſua natura contribuibil.

qualia ſunt die Sattel-Höffe.

Salinaria

Curmedica

ex rebus inanimatis v. g. ex veſtimentis, hinc nota diſtinctio unter der lebendigen und unlebendigen Churmiede. vid. Beſold. *Theſ. pr. lit. C. §. 72. & ibi adcitatos.*

§. *VIII.*

& quaternata

Ejusdem cenſus ſunt feuda quaternata, quæ ſervitiorum loco victualia menſæ Principali ſubminiſtrant, Taffel-Lehn / à quaternionibus ſeu Regiſtris, in quibus erant deſcripta, nuncupata. vid. Illuſtr. Stryck. *c. 4. qu. 37.*

§. *IX.*

Ad contrar. pertinet interitus feudi

Ultimo loco ab adæratione Vaſallum abſolvit interitus feudi, arg. *l. 1. & 2. C. de uſufr.* Struv. *cap. 15. aph. 4.*

Remedia Vaſallo competentia itid. tàm Poſſesſoria

Remedia autem, quibus immunitatem ſuam tueri Vaſallo datur, ſunt itidem tàm poſſeſſoria, quam petitoria. v.g. Utile interdictum retinendæ poſſeſſionis, ſi Dominus eundem contra jus & fas turbare auſus fuerit, Roſenth. *c. 12. concl. 12. n. 30.* Menoch. *R.P. Remed. 3. n. 73.* Non minus eidem ut ſpoliato ſuccurreretur *ex can. redindegr. c. 3. qu. 1.* Domino vim inferente. Menoch. *n. 90.*

quam petitoria.

Ex petitoriis competitura eſt negatoria, qua negat, Domino ſe quidquam ſervitiorum debere: Nec non ex contractu actio ad præſtandum ea, quæ à Domino ratione modi, temporis, vel aliâ ratione ipſi ſunt promiſſa. Struv. *c. 16. aph. 3. n. 5.* Berens *Diſp. feud. 9. n. 30. ſeq.* Aliquando exceptio pacti. arg. *§. 3. Inſt. de Except.* Plura. vide apud Roſenth. *c. 12. n. 26. ſeqq.*

Epilogus.

Hæc ſunt, quæ pro ingenii modulo, de ardua hac & per multa juris capita ſeſe diffundente materia in medium proferre licuit. Deo omnium Mortalium, Vaſallorum ſuorum Domino Supremo ſubmiſſa animi devotione refero gratias pro conceſſa mihi hactenus gratia, Numen ipſius & Tutamen propitium humillimè implorans, ut & impoſterum benignè mihi adeſſe, ſtudiisque meis futuris ab alto benedicere dignetur. Benevolum autem Lectorem, ea, qua par eſt, obſervantia, rogo, velit mihi hinc inde ab accuratiori tractandi ratione deflectenti, aut à veritatis recto tramite aberranti pro humanitate ſua veniam impertire.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0082-3

QUomodo Feudorum perſolvi munera poſ-
ſint
Argento, egregiè, LÜDEKE Clare, doces.
Gratulor ex animo, precor, ut Tibi præmia multa
Digna Tuo ſtudio porrigat alma Themis.
Ut quoque Magnificum referas ex aſſe parentem:
Sic compos laudis, famæ & honoris eris.

*Nobiliſſimo* DOMINO CANDIDATO *hisce paucis quidem lineolis ſed prolixiori affectu, adplaudit*

HENRICUS HILDEBRAND, D. P. P.
h. t. Decanus.

---

QUî ſit adaerandum *Clariſſime LÜDEKE* equeſtre
Servitium, trutinas lance favente Dicae.
Legifero ſic vectus equo praevertis euntes,
Ante alios quantum Pegaſus ibat equos.

*Qua diſtichorum biga feſtinatiſſima,*
*Prolytae meritiſſimi,*
*Fautoris et Synoeci aeſtimat*$^{mi}$.
*Honori litaturus,*
*ſtudia ſimul et officia ſua promt*$^{mo}$.
*juxta votum*
μυελομακαελομακροβιότητος,
*Eidem offert et conſecrat*

D. G. MOLLERUS.

Cum

*CUm ſatus ex celebri ſis gente & ſangvine claro,*
*Poſſisqve inſignes Majorum oſtendere vultus,*
*Hoc tamen egregium magis eſt, inſigne paternae*
*Qvod nomen virtutis ames, qvod avunculus Hector*
*Hactenus ingenuo Tua ducat pectora motu,*
*Ut nova jam merito Themidos Tibi gloria creſcat,*
*Qvae tamen ipſa procul dubio, Deus impleat omen,*
*Incrementa trahet majora, faventibus aſtris,*
*Dum pede firmato teneat faſtigia rerum.*

Praenobiliſſ. DOM. CANDIDATO,
Amicitiae & boni ominis ergo
honores ſuos Academicos ita
gratulabatur

M. JOH. MICH. Sonntag/
Alum. Nor. & Oecon. Inſp.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0085-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0086-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0087-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0088-7

Do A 6370

ULB Halle 3
002 927 195

5b

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0090-1

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

*DE*

# ADÆRATIONE SERVITIORVM EQVESTRIVM,

**Von dem Roßdienſtgelde/ oder Anſchlag der Ritter-Pferde/**

QVAM

*SVB AVSPICIIS*

DEI TER OPTIMI MAXIMI,

EX DECRETO

*MAGNIFICI*

FACVLTATIS JVRIDICÆ ORDINIS,

***PRO LICENTIA***

SVMMOS IN VTROQVE JVRE HONORES ET DOCTORALIA PRIVILEGIA

LEGITIME CONSEQVENDI,

*SOLENNI ERVDITORVM DISQVISITIONI*

*SVBMITTIT*

JOHANN. DAVID LVEDECKE, H. S.

*ALTDORFI NORIC. D. APRIL. ANNO* MDCCVIII.

Literis MAGNI DANIELIS MEYERI.

26

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-426149-p0091-7